This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Educ 4505.11

Harvard College Library

FROM

The University
by
Exchange

E.m.45 06.11

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

THESIM

Facultati litterarum Parisiensi Doctoris gradum adepturus

PROPONEBAT

H. PRENTOUT

Litterarum Facultatis Parisiensis alumnus

CADOMI

Litteris Caroli VALIN typographi

—

Anno MDCCCCI

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

E4 4505.11

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

THESIM

Facultati litterarum Parisiensi Doctoris gradum adepturus

PROPONEBAT

H. PRENTOUT

Litterarum Facultatis Parisiensis alumnus

CADOMI

Litteris Caroli VALIN typographi

—

Anno MDCCCCI

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

Educ 4505.11

Bound

2 8 1903

Harvard College Library

FROM

The University
by
Exchange

Ex 4503.11

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

THESIM

Facultati litterarum Parisiensi Doctoris gradum adepturus

PROPONEBAT

H. PRENTOUT

Litterarum Facultatis Parisiensis alumnus

CADOMI

Litteris Caroli VALIN typographi

—

Anno MDCCCCI

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

RENOVATIO AC REFORMATIO

IN UNIVERSITATE CADOMENSI

per XVI sæculum

THESIM

Facultati litterarum Parisiensi Doctoris gradum adepturus

PROPONEBAT

H. PRENTOUT

Litterarum Facultatis Parisiensis alumnus

CADOMI

Litteris Caroli VALIN typographi

—

Anno MDCCCCI

Educ 0 5 . 11

HARVARD COLLEGE
OCT 13 1905
LIBRARY.

From the University
by exchange.

MAGISTRO E. LAVISSE

in Facultate litterarum Parisiensis Universitatis historiæ professori studiorumque historicorum promotori.

« Vous offrant des fruits qui sont provenus de vostre semence, à l'imitation des anciens qui presentoyent à leurs Dieux les premices de leurs fruits pour avoir receu d'eux l'invention de les planter, semer et approfiter. »

VALQUELINUS FRAXINEUS, « *Oraison de ne croire légèrement à la calomnie* », in congregatione generali Universitatis Cadomensis, dicta septimo octobris die 1586.

PRÆFATIO

Rabelais, quum provinciarum Universitates cum Pantagruelo visitat, Cadomensem oblitus est. Nonne celebris illa erat hoc ævo? Regionalis localisque semper videtur fuisse. Forsan aliquos locos ita fugit; forsan Rabelais eam non indicat quam jocis non lædere vellet? Quocumque modo hanc oblivionem interpretaris, in Universitate Cadomensi, quamvis non inter omnes excelleret, neque magnum peregrinorum scholarium vocaret numerum, tamen enituit Renovatio cultu humanarum litterarum: unde Reformatio orta est. Originum historia hujus Universitatis jam scripta, ejus statuta jam exposita fuerunt[1]: attamen per XVI sæculum historiæ ejus studere me posse credidi: opus novum; nullius Universitatis historia, ad XVI sæculum saltem spectans, nostro tempore scripta fuit: quæ mihi auxilio fuisset. Nam, ait historicus: « Il y a dans l'histoire des Universités provinciales, comparées entre elles et à celle de Paris, plus de similitudes que de dissemblances. L'évolution de ces corps privilégiés se fait partout suivant les mêmes lois[2] ». Ita novum studium feram de tempore quo, secundum

1. A. DE BOURMONT, *La fondation de l'Université de Caen et son organisation au XVe siècle*, Caen, in-8, 1883.

2. LUCHAIRE, *Les statuts des Universités françaises.* (Revue internationale de l'Enseignement supérieur, t. XXI (1891), p. 356.)

Marcellum Fournier, Universitates gallicæ præsertim eminuerunt[1]. Cui sententiæ ceterum, postquam Universitatis Cadomensis vices perlustravi, libenter consentio.

Meminimus quoque quanta luce renovatio architecturæ hac regione claruit, quam profunde radices egit reformatio religiosa in Ima Normannia. Ita mediocris pars historiæ localis erit meum opus utile illi qui Renovationis historiæ et præsertim principiis reformationis religiosæ in hac regione studere volet: quæ studia historici petunt.

Ita magister E. Lavisse, doctissimus studiorum historicorum gubernator, jam quosdam historicos litterarum aut reformationis exhortatus est ut Universitatis Cadomensis historiæque principiis reformatæ religionis in Ima Normannia studerent. Gratias habeo Magistro A. P. Lemercier, decano Facultatis litterarum Universitatis Cadomensis, qui mihi suasit ut hoc opus incipiam. Gratissime etiam designo Magistrum A. Gasté, professorem Facultati litterarum Universitatis Cadomensis, E. Travers, qui thesaurum scientiæ suæ rerum Normannarum mihi aperuerunt; Galland, professorem historiæ doctoremque, Reformationis in Ima Normannia historicum; A. Bénet, archivi departementalis conservatorem, qui in arcana archivorum me duxit; Lavalley, Decauville-Lachênée, Bonnet, bibliothecarum Urbis et Universitatis conservatores; Urbis administratores, qui archivum oppidi arbitrio

1. M. Fournier, *Statuts et privilèges des Universités françaises au moyen âge*, I, p. IX, et III, p. VIII.

meo permiserunt; Carolum Robillard de Beaurepaire, archivi conservatorem Sequanæ Inferioris; Dominum Hettier, Cadomensis Academiæ præsidentem, et Dominum Pastorem Bourgeon, qui suam bibliothecam libenter mihi aperuerunt; Dominum doctissimum Pastorem Weiss, qui mihi suasit ut duos helveticos doctos viros magistros professorem Bernus et professorem Borgeaud, Genevensis Universitatis, consulerem, quibus enim justa pendere debeo, quia mihi quædam docuerunt de reformatis professoribus quibusdam Universitatis Cadomensis; deinde præsertimque Magistrum A. Luchaire, doctissimum medii ævi historiæ professorem, qui meis studiis de hoc ævo quondam præfuit, ac me per hoc opus perficiendum direxit, et notas consiliaque utilissima mihi dedit.

Cadomi, 28 octobris 1900.

FONTES

MANUSCRIPTA

I. — De universitate documenta, quæ in archiv. dep. in collectione Mancel, ac in urbis bibliotheca continentur

« L'Université de Caen, ait Marcellus Fournier, plus heureuse que beaucoup d'autres, a conservé presque tous les documents qui la concernent. Tous les textes relatifs à sa fondation et à son histoire pendant le XVe et le XVIe siècle existent encore soit en originaux, soit en copie [1]. » Quod de XV sæculo vere dicitur ; non autem de XVI.

Inter documenta illa quorum hodie multo major pars in Archivo dep. Calv. serie D. continetur, quædam desunt [2]. Duo *Conclusorum* registeria habemus, quibus Rectores deliberationes generalium congregationum aut ceterarum quibus præsederant, inscribebant ; unum ex his inceptum a 31 die martis 1456 ad 28 junii 1512, alterum inceptum ab 11 octobris 1512 ad 15 junii 1555 perducitur [3]. Nec sunt alia *Conclusorum* registeria de fine XVI sæculi, sed cogito ab anno 1559 nulla Conclusorum registeria habita esse, quæ tunc forsan cum aliis registeriis Rectoriarum dictis quæ quidem non regulariter scribebantur, confusa fuerunt [4]. *Rectoriarum* registeriis Rectores præsertim juramenta inscribebant, postea quondam deliberationes ; quorum illo tempore duo habemus : unum dictum *Pinax Rectoriarum Cadomensis Universitatis* a 19 januarii 1499 ad primum octobris diem 1510, alterum a 24 martii 1514 ad secundum octobris diem 1567 [5]. In alio registerio inveniuntur quædam variæ sparsæque Rectoriæ. *Breves commentarii....* Jacobi Cahagnesii 1575 [6] ; *Historia hypomnemata* Tanigii Buissonii 1576 ; *Rerum gestarum... recollectio et breve regestum ;*

1. Marcel Fournier, *Les statuts et privilèges des Universités françaises*, III, 145.
2. Cf. : Excursum.
3. Arch. Calv., D, 65 et 66.
4. Cf. Excursum.
5. Arch. Calv., D, 89 et 90.
6. Qui quoque inveniuntur in Cahagnesii *Ms.* 54, *Collectionis Mancel.*

tertiæ rectoriæ Nicolai Le Vallois 1577 ; *Dictatura* magistri Johannis Bulonii 1580 [1], dein est pergamenarius codex quo continentur rectoriæ Germani Jacobi 1577.

Prater hæc documenta, habemus in eodem serie confirmationes privilegiorum a papis datas XV sæculo, a regibus XV et XVI, reformationis decreta a Parlamento Rothomagensi data annis 1580 et 1583, nullis autem vestigiis similium inquisitionum ante 1521 factarum servatis ; dein numerossisimas chartas ad varia officia spectantes et computa.

Sed si de Universitate per XVI sæculum numerosa monumenta habemus, invenimus eisdem temporibus pauca de variis Facultatibus, nulla de Theologiæ facultate nec de Medicinæ, pauca de Jurium collegio (facultate juris civilis et facultate juris canonici), et de Artium Facultate, quædam ad collegia spectantia.

Ditiora fuisse quondam hæc archiva possunt. Catalogus brevis prima medietate hujus sæculi redactus erat a Lechaudé d'Anizy « *Extraits des Archives du Calvados.* — Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie, T. VIII, 2e partie. — Université de Caen, p. 333-348. » — De Bourmont notavit hujus catalogi numeros quos non jam inveniebat, quum opus suum scribebat (1883). Sed nobis videtur nulla perdita fuisse, quæ ad tempora quibus studemus, pertinerent. Forsan quasdam chartas ad concilium Pisanum desideraremus (nos 263 ad 269 catalogi de Lechaudé si apographum non haberemus in Matrologio illo de quo posterius loquemur.

Incipit A. Bénet inventarium quod jam 644 chartas continet sub hoc titulo editum :

A. Bénet. *Inventaire des Archives de l'ancienne Université de Caen conservées aux Archives départementales du Calvados.* Caen, 2 vol. in-4, 323 et 328 p. à 2 col., 1892 et 1894.

Quod inventarium non finitum fuit ; desunt enim Facultates Medicinæ, Artiumque, Collegiumque Jurium [2].

Præter hæc documenta, quorum pleraque originalia sunt, habemus quasdam collectiones chartarum et apographorum. Insigne autem est celebre MATROLOGIUM UNIVERSITATIS CADOMENSIS redactum,

1. Arch. Calv., D, 91.

2. Edidit quoque M. Fournier numerosa documenta in sua Collectione dicta. *Statuts et privilèges des Universités françaises au moyen âge* t. III. p. 145 à 282, nos 1644 à 1718; sed non spectant ad nostrum studium. M. Fournier, collectionem quam pollicitus fuit de Universitatibus gallicanis per XVI sæculum non incepit, saltem nihil de Cadomensi Universitate ad hoc tempus spectans edidit. Cf. tamen quasdam chartas ad Universitates Bituricensem, Nannetensem, etc., spectantes, editas in « *La Nouvelle Revue historique du droit français et étranger* », ann. 1899 et 1900.

incipiente XVI sæculo a Petro de Lesnauderie procuratore Universitatis, et in archivo, anno 1515 ab eo repositum. Quum ad statutorum studium præsertim sit utile, continet quoque quædam apographa ad XVI sæculi spectantia [1]. Invenitur Cadomi, in *Collectione Mancel*, sub. numero 69. Cujus apographa habent *Archiv. Calv.* [2] et Bibliotheca Urbis Rothomagi.

Facultas Medicinæ quoque suum Matrologium habet, *Ms.* Bibliothecæ Urbis Cadomi, n° 163, sub hoc titulo:

Matrologium saluberrimæ simul ac opiferæ medicorum facultatis ab anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexto apud Cadomense gymnasium [3].

Sunt autem aliæ collectiones chartarum ad Universitatem spectantes, quæ posterius factæ sunt:

Ms. Bib. Urbis. Cadomi, n° 160. sub hoc titulo.

Mémoires sur l'Université de Caen. 2 vol. in-f°, n°s 224 et 273 ff, quo continentur, in primo, documenta de Universitate, in secundo, de Facultatibus, quorum quædam ad XVI sæculum spectant [4].

Per XVII sæculum factum fuerat manuscriptum sic dictum *Cayer des coppies des chartres, octrois et confirmations des privilèges de l'Université de Caen,* petit in-folio de 41 p., quod Charma edidit sub hoc titulo: *Documents inédits pour servir à l'histoire de l'anciennne Université de Caen.* Mém. Soc. Antiq. Normandie, XXI.

Haberi adhuc potest ut collectio chartarum ad Universitatem spectans. *Ms.* n° 107. Bib. Urb. Cadomi in-4°, 50 f° e chartis abbatis de la Rue.

Archivis Dep, contuli quoque registeria Ecclesiæ reformatæ Cadomensis, dicta du *Bostaquet* in quibus quædam nomina Universitatis professorum qui religioni reformatæ adhæserunt, inveni [6].

II. — Archivum Urbis Cadomi

His documentis ex Universitate venientibus, addemus quæ ex urbe Cadomensi veniunt, quæ ad nostrum studium valde pertinent, quia

1. De *Matrolog.* Cf. Bourmont, *op. cit.*, p. 2-19; de Petro de Lesnauderie, *ibid.*, p. 4, notam 5.
2. Arch. Calv. D. 64. M. Fournier, *op. cit.*, III, 145, n° 1, hoc apographum cum originali confudit.
3. In fol. 66. Cf. Lavalley, *Catalogue des Manuscrits de la Bibliothèque de la ville de Caen.* Caen, 1 vol. in-8, 1883, p. 73.
4. In fol. 123. Cf. Lavalley, *ibid.*
5. In-4 (221). Cf. Lavalley, p. 54.
6. C. 1565, 1566, 1567, 1568, 1569, 1570.

Universitas regionalis, fere localis institutio fuit. Quæ habemus sub hoc titulo. « *Registres de l'hôtel de ville de Caen.* Registres de délibérations et pièces y relatives. » Incipiunt 22 februarii die 1522. De tempore cui studuimus ad annum 1586, sunt quatuor et viginti volumina. Registerium quod sub numero 5o inscribitur, ad Universitatem spectantes chartas recollexit, sed cetera registeria quoque conferenda sunt.

Duo sunt inventaria : primum.

« *Inventaire ms des Archives communales* a Canivet 1864-1876 » quod invenitur in Archivo Urbis Cadomi, sed partim ustum fuit [1].

Alterum longius descriptum inter Bibliothecæ Urbis *ms* invenitur.

« Gustave Dupont. *Inventaire sommaire des Registres de l'hôtel de ville de Caen.* 3 vol. in fol. 1888 [2]. » Sed cave ne semper credas brevario cujus auctorem quondam fefellerunt malæ lectiones.

III. — Archivum Parlamenti Rothomagensis

Cum urbe Parlamentum Rothomagense multum historiæ Universitatis interfuit. Itaque Rothomagum bis inivi ut registeria secreta Parlamenti conferam. Sed seriei B nullum inventarium adhuc factum fuit. Hoc fundo Parlamenti unum registerium secretum de hoc tempore in Archivo Sequanæ Inferioris invenitur ; quod « factice. » diceretur, in quo de Universitate nulla res habetur. Contuli quoque, quod quidem parum mihi profuit, *Registeria audientiarum Parlamenti* et *Registeria expeditionum Curiæ Auxiliorum*, in quibus solum inveniuntur inscriptæ confirmationes privilegiorum Universitatis.

Registeria secreta quædam in bibliotheca Curiæ Rothomagi manserunt [3]. Sed doctissimus conservator archivi Seq. Inferioris. Ch. Robillard de Beaurepaire mihi scripsit se nullum registerium secretum ibi invenisse de anno 1521 et registeria secreta XVI sæculi ultimorum annorum tam brevia esse ut nihil ex eis promere possem.

Duas enim collectiones excerptorum e registeriis secretis Rotho-

1. Cujus apographum invenitur in Arch. nat. F. 80960. cf. Langlois et Stein. *Les Archives de l'histoire de France*, Paris 1893, p. 305 ; qui aiunt deliberationes gubernatorum scabinorum repletas esse ab anno 1522 (1523. n s) ad 1789 annum. Sed ab anno 1523 ad 1562, registeria brevissima sunt, in uno registerio insunt deliberationes ad 1541 annum ; desunt a julio mense 1541 ad septembrem 1562 : registeria recte habita fuerunt ab illo anno, sed latent per duos fere annos deliberationes a decembri mense 1568 ad septembrem 1570.

2. Ms Mun. Bibliothecæ, in folio, nº 197.

3. P. Lance. *Catalogue de la bibliothèque de la Cour d'appel de Rouen.* Rouen 1896. in-8º. 123 p.

magensis Parlamenti promptorum contulimus : *Recueil d'extraits des registres secrets et ordinaires du Parlement de Rouen* par Cl. Pellot, 1497-1676, 26 vol [1] et *Extraits des divers registres tant ordinaires que secrets des délibérations de la cour de Parlement de Normandie depuis le 12 novembre 1530 jusqu'au 7 septembre 1648*, 8 vol., [2] in quibus de Universitate nihil legi.

IV. — Manuscripta varia

Adhuc sunt originalia opera manuscripta : *Ms* notemus Cahagnesii professoris Facultatis medicinæ quod multum historiæ Universitatis finiente XVI sæculo, ineunte XVII sæculo interest. Quod in collectione Mancel sub n° 54 invenitur « Cahaignes, *Œuvres*, petit in-fol. »

Deinde Bibliotheca Urbis Cadomi dua *ms* habet quæ de Normannis personis quædam docent.

Martin (le P. François.) *Athenæ Normannorum* veteres ac recentes seu syllabus auctorum qui oriundi Normannia, aut qui Normanniæ convenientes insunt quotquot datum fuit colligere, anno Christiano 1720. *Ms* in f° 55 [3].

Guiot (l'abbé J. André, *le Moreri des Normands*. Ms in f° 57 [4].

IMPRESSA

I. — Libri scholastici

Primo indicemus opera impressa Cadomi vel Rothomagi illo tempore, e quibus prompsimus quædam indicia de Universitate, quia ibi continentur quædam carmina vel epistolæ, opuscula quæ « pièces liminaires » dicerentur. Non tamen omnia opera quæ in his duobus urbibus Normanniæ, corde et capite hujus provinciæ juste a poeta vocatis, tunc impressa sunt, notabo : quæ cæterum per annos 1500, ad 1550, in. L. Delisle, *Essai sur l'imprimerie et la librairie à Caen, de* 1480 *à* 1550, p. 33-47 invenies.

Notanda enim sunt solum quædam, quæ ex professoribus evenientia, de Universitate aliquid novi afferunt.

1. Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de Rouen 2 vol. in-8. 820-849. Y. 214.

2. Ibid. 860-866. (Y. 32). Ibid. Invenitur quoque in Bibliotheca nationali. (recoll. Serilly vol. 390.) alius codex registeriorum Rothomagensis Parlamenti a 1500 anno ad 1643.

3. Bib. mun. 35. *Ms* autographe. Martin custos cœnobii Cordigerorum Cadomi fuerat.

4. Bib. mun. 27.

Primum duo opera quæ aliquibus momentis historiæ Universitatis alludunt, notabo :

Epythomata grammaticæ juvenibus ipsis litterariæ artis fundamento jacere volentibus admodum conducibilis. Cadomi. Michel Angier, in-8, s. d., in quo libro carmen professoris et poetæ Dumus Josse Godet, commissario Parlamenti Rothomagensis, in 1521 anno, dedicatum continetur [1].

Rogier (Johannes). *La loi salique, première loi des Français faite par le roy Pharamon : finablement vous trouverez à la fin la réception et harangue faite par Monsieur le Recteur de l'Université de Caen au très noble Roy de France.* Rouen, Michel Angier, s. d., petit in-8, goth. de 64 ff. [2]

Dein cetera opera, aut classicos auctores latinos, aut theologiæ opera, aut quasdam collectiones pro scholaribus compositas indicabimus.

Macer. *De viribus herbarum.* Cad. L. Hostingue, 1509, in-8 [3], cum commentario Gueroldi et carmine latino professoris pœtæque Roberti Dumus de utilitate studii plantarum.

Baptista Mantuanus. *Parthenice Mariana.* M. Angier, s. d., 8 [4], cum epistola Guillelmi Gueroldi ad Laurentium Hostingue.

P. Fausti Andrelini. *Hecatodistichon*, Red. J. Macé, 1523, in-4°, in quo continetur epistola Johannis Rogerii Corneriaci ad Guillelmum Ratum Abrincatuum, e museo sylvano [5].

Boetius, *De consolatione philosophica*, Cad., 1529, 4°, cum epistolis David Jorrii Condetani Subviriaci (principalis collegii Sylvani) Christopho Postello apud Bajocas sacerdoti integerrimo preceptorique suo et Andree Blondello templi bajocassini canonico dignissimo [6].

Guillelmus Monachus, *Epithoma vocabulorum*, Cad. Girard Angier, s. d. 4°, cum carmine David Jorrii Condetani ad Franciscum Mousseum et epistola ejusdem ad auctorem [7].

1. Cf. Frère, *Manuel de bibliographie normande*, I, 402.

2. Cf. *Ibid.*, II, 481. Frère falso hoc opusculum anno 1522 impressum esse credit, quum 1532 anno Franciscus primus Cadomum receptus erit. Ceterum narratio receptionis in *Conclusionibus* invenitur, II, f° 177.

3. Delisle, *op. cit.*, n° 211, p. 42 et Frère, *Manuel*, II, 44.

4. Delisle, n° 35, p. 34. Frère, *ibid.*

5. Delisle, *op. cit.*, n° 16, p. 34, e bibliotheca E. Travers « réimpress. de l'édition donnée par J. Vatel, à Paris, chez Nicolas de Barra en 1519 ».

6. Hoc opus Frère II, 110, falso dixit impressum fuisse 1520 anno. Litteræ Jorrii ad Blondellum ita terminantur: Vale. Cadmi anno christo nata millesimo quingentesimo vicesimono IIII idus septembris : id est, sine dubio, vicesimo et nono. — Cf. : Delisle *op. cit.*, 46, p. 35.

7. Delisle, n° 253, p. 43.

Raymundi summula de sacramentis, Cad., 1535, 8°, cum carmine et epistolis Tanigii Sorin ad Guillelmum Ratum, Radolphi Heraldi Charafraxinæ ad Gulielmum le Maistre, Johannis Villani Charafraxinæ ad Petrum Auvray [1].

Joannes Drosæus, *Grammaticæ quadrilinguis partitiones in gratiam puerorum*, Parisiis, 1543, in-4° [2].

Ægidius de Housteville, *Litterarum syllabarum, carminumque ratio*, Cadomi, 1556, cum epistola candidis lectoribus [3].

Ægidius de Housteville, *Miscellanea exempla*, Cadomi, Candelarius, p. in-8°, cum epistola auctoris Petro et Juliano de la Luzerne.

II. — Contemporaneorum opera

Horum contemporaneorum XVI sæculo impressa opera nunc demus.

Charles de Bourgueville, sire de Bras, *Les recherches et antiquités de la province de Normandie..... mais plus spécialement de la ville et Université de Caen*. Caen, 1588, Jean de Feure, petit in-4°, réimpr. in-8°, 1833.

Vauquelin de la Fresnaye, *Œuvres diverses en prose et en vers*, [éditées par J. Travers], Caen, 1872, in-8°.

Jacobi Cahagnesii, *De morte Johannis Ruxelii oratio funebris, habita Cadomi die 7 octob.* 1586. Cadomi, apud Jacobum le Bas, 1586.

Jacobi Cahagnesii..... *De morte Nicolai Michelis oratio funebris.....* Cadomi apud viduam Jacobi Bassi, 1597.

Jacobi Cahagnesii... *Oratio de unitate*. Cadomi ex typographia Jacobi Bassi 1609, et

Elogiorum civium cadomensium centuria prima. Ibid. [4].

Joannis Ruxelii *Poemata* et *Orationes*. Cadomi ex typographia Adami Cuvelier, 1636 [5].

1. Delisle, n° 285, p. 44, e bibliotheca Hettier.

2. Joannes Drosæus, in utroque jure doctor illustrissimus edidit quoque « Juris universi Justinianei methodis. » Paris, 1545.

3. Cf.: Frère, *Manuel de bibliographie*, II, 91.

4. Cf.: *Éloges. — Trad. d'un curieux.* Caen, in-4°, 1880.

5. Prima editio carminum J. Ruxelii edita fuit Rothomagi anno 1600 sub hoc titulo. *Poemata*, Joannis Ruxelii Bretovillani Cadomensis jurisconsulti oratoris et poetæ elegantissimi additæ sunt *Lamentationes Jeremiæ* ab eodem elegiaco versu redditæ. Rothomagi, apud Raphaelem Parvivallicum, Typographum regium, 1600.

Secunda autem editio orationes quæ multum spectant ad Universitatis historiam continet, sub hoc titulo : Joannis Ruxelii..... *De instauratione Cadomensis Academiæ orationes duæ habitæ Cadomi in majoribus artium scholis annis 1582 et 1583*

III. — Impressa posterius edita

DeUniversitate : Piganiol de la Force. « Remarques sur l'Université de Caen », in. « *Nouvelle description de la France* », 2e édition. Paris, 13 vol , 1753.

Triger. *Les étudiants manceaux à l'Université de Caen*, 1440-1567. Revue historique et archéologique du Maine, t. IX (1881), p. 329.

Eug. Châtel. *Liste des Recteurs de l'Université de Caen*, dressée d'après leurs signatures sur les registres des Rectories. Caen, in-8°, 1882, (t. XI du Bulletin in-8 de la Société des Antiquaires de Normandie, p. 13 et 16).

A. de Bourmont. *La fondation de l'Université de Caen et son organisation au XVe siècle*. Caen, in-8, 1884, (extrait du Bulletin de la Société des Antiquaires).

Cauvet. *Le collège des droits de l'ancienne Université de Caen*. Caen, in-16, 1858. (Mémoires de la Société des Antiquaires.)

Cauvet. *L'ancienne Université de Caen*. Caen, in-16, 1874. (Mémoires de l'Académie de Caen.)

Ch. Fayel. *La Faculté de médecine de Caen, de 1436 à 1808*. Caen, in-8, 1890 [1].

De Cadomo et de Normannia. A. *DOCUMENTA*. *Cahiers des Etats de Normandie sous le règne de Charles IX*. Documents relatifs à ces assemblées recueillis et annotés par Ch. de Robillard de Beaurepaire, 2 vol. in-8° (Société de l'histoire de Normandie.)

Cahiers des Etats de Normandie sous Henri III. Id.

B. *OPERA*. Huet (Daniel). *Origines de la ville de Caen*. 2e éd. Rouen, in-8, 1706.

De la Rue (abbé). *Essais historiques sur la ville de Caen*. Caen, 2 vol. in-8, 1820.

De la Rue (abbé). *Nouveaux Essais*. Caen, 2 vol. in-8, 1842.

Floquet. *Histoire du Parlement de Normandie*. Rouen, 7 vol. in-8, 1841-42.

1. Cf. *Bibliogr.* in Fournier. *Les statuts des Universités françaises*, t. III, p. 146. Ne credas tamen huic notæ. « Chap. que je consacre à Caen dans l'*Histoire de la Science du droit en France*, t. IV. *Les Universités françaises et l'enseignement du droit en France* : cujus operis tertium volumen solum editum fuit, quod ceterum multa docet de quibusdam Universitatibus sed non de Cadomo.

Lair. *Histoire du Parlement de Normandie, de* 1589 *à* 1594. Caen, in-8, 1861.

S. Beaujour. *Essai sur l'histoire de l'Eglise réformée de Caen.* Caen, in-8, 1877.

Pépin (Dr J.). *Notice sur la paroisse de Saint-Julien.* Caen, in-8, 1882, et *Notice sur la paroisse de Saint-Gilles.* Caen, in-8, 1884.

Carel. *Histoire de la ville de Caen sous Charles IX, Henri III et Henri IV.* Caen, in-8, 1887.

L. Delisle. *Essai sur l'imprimerie et la librairie à Caen, de* 1480 *à* 1550. Caen, in-8, 46 p., 1891 [1].

J. A. Galland. *Essai sur l'histoire du protestantisme à Caen et en basse Normandie, de l'Édit de Nantes à la Révolution,* 1598-1791. Paris, in-8°, 1898.

De Normannis personis. Operibus jam indicatis : D. Huet, de la Rue, addamus.

Ed. Frère. *Manuel de Bibliographie normande.* Rouen. 2 vol. gr. in 8. 1858-1860.

Haag. *France protestante.* 6 vol. parus. Paris in-8, 1877.

J. Travers. *Essai sur la vie et les œuvres de J. Vauquelin* dans Œuvres diverses. *jam cit.*

Lemercier (A. P.) *Etude littéraire et morale sur les poésies de Jean Vauquelin de la Fresnaye.* Nancy in-8, 1887 [2].

1. Discours prononcé le 4 décembre 1890, à la séance annuelle de la Société des Antiquaires de Normandie.

2. Non bibliographiam edidi Renovationis aut Reformationis; sed legi quædam opera optima de Renovatione ac Reformatione, præsertim de pædagogia in his ætatibus F. Buisson, Franck d'Arvert, Bourchenin, etc.

Studui quidem diversis historiis aliarum Universitatum, in operibus Denifle, Luchaire, Langlois... sed, ut jam dixi, Franciæ et aliarum regionum Universitatum historia per XVI sæculum non recenter scripta fuit.

PROŒMIUM

CERTAT UNIVERSITAS PRO PRIVILEGIIS TUENDIS AB ANNO 1452 AD 1519

I. Universitas regesque et pontifices XV° sæculo. — II. Universitas et episcopatus. — III. Universitas, Carolus octavus et Curia romana. — IV. Universitas gallicana. — V. Universitas urbsque. — VI. Universitas et nominationes beneficiis proponendæ.

I

Cadomensis Universitas libenter se profitebatur « famatissimam » esse;[1] sola inter Universitates regni Franciæ, quinque Facultates numerare dicebatur[2].

Attamen, ut condita erat, a patronis naturalibus suis derelicta erat. Nam ab Henrico VI Angliæ rege erecta ut alienam dominationem minus detestarentur incolæ, favorem regum Franciæ non sperare poterat. Cadomo autem urbe quum Carolus septimus potitus erat, Universitatem rex solum servari voluerat, nec legum Facultati exercitationem plenam tribuerat.[3]. Quam etsi confirmaverat omnino anno 1452, posterius tamen nullomodo ei faverat[4].

Reges antem Franciæ, quum provincias regni quondam perditas recuperabant, tueri quæ hostis anglicus instituerat, cogebantur; quæ vero non multum, primis saltem

1. Rectoratus Cabart, utriusque juris doctoris, 1524 anno. *Concl.* II, f° 125. Arch. Calv. D. 66.

2. Jurium enim collegium pro duobus facultatibus, « juris civilis » et « decretorum », numerabatur. Trium Conventio Ordinum Normanniæ, 1580 anno Cadomensem Universitatem solam in regno quinque facultates habere dicebat. (Ch. de Beaurepaire, *Les Etats de Normandie sous le règne de Henri III*, I. 101.)

3. Bourmont, *La fondation de l'Université de Caen et son organisation au XV° siècle*. 53.

4. *Ibid.*, 54.

temporibus, dilexerunt. Quare non miraberis si Universitatem Cadomensem ipsam, aut saltem aliquos ex suppositis illius corporis, malam habere et offensam memoriam suæ alienæ originis e patriæ miseriis exortæ, videas [1]. Expulso igitur rege Angliæ, suum patrem perdiderat; nemo eam adoptavit, et posterius historicus quidam illi quodam Mæcena altero semper opus esse ut floreret juste notabat [2].

Supremus tamen Pontifex Universitati nascenti omnino faverat. Quum æmulam Universitatis Parisiensis sibi inimicæ habere vellet, invitis querulis illius Universitatis, quæ clamabat: « Formidanda est nostri studii depopulatio », statuta Cadomensium scholarum 1437 anno Eugenius Quartus probaverat [3]. Papa tamen illo defuncto, concilio Basileæ dissoluto, curiæ romanæ Universitas Cadomensis non interierat.

Attamen sub fine sæculi quinti decimi, reges et pontifices, si de Universitate nostra non multum curabant, saltem eam non lædebant; ejus petitiones crebras quoque novo regno repetitas bene audientes, privilegia confirmabant, postea quondam extendebant. Quam ita firmaverunt papæ Nicolaus Quintus et Calixta Tertius [4]. « Suppositis autem dilectis filiis universis et singulis doctoribus magistris, licentiatis... specialem gratiam facere » volens, Pius Secundus pontifex « motu proprio » collationem beneficii vacantis, unius de duobus, in omni ducatu Normanniæ illis tribuerat, antelatis quibuscunque per quamcumque aliam Universitatem nominatis seu nominandis [5].

1. Anno 1515, nonne Universitatis procurator, Petrus de Lesnauderie chartas Henrici Sexti urere proponebat? Cf. Bourmont, 2. — Pasquier, *Recherches historiques*, lib. IX, cap. XXXVII, p. 768, illam originem anglicam memorat, ceterum negans se illam crimini vertere huic collegio, « auquel se trouvent plusieurs gens d'honneur y avoir siège. »

2. DE BRAS, *Les Recherches et Antiquités de la ville de Caen, réimpr.*, p. 333.

3. BULÆUS, *Historia Universitatis Parisiensis*, VI, 846, et BOURMONT, 34 et 41.

4. *Arch. Calv.*, D. I7 et 18, *ed.* Bénet, I, 30 et 32.

5. *Matrologe*, f° 347, *ed.* Bénet, I, I99. Qua in charta continentur nomina omnium doctorum, licentiatorum, baccalaureatorum facultatum superiorum, atque in artibus magistrorum, religiosorum et bidellorum Universitatis, hoc tempore.

Sixtus Quartus autem non minus favit Universitati quam Pius Secundus. 1481 anno, ejus legatus cardinalis Julianus (qui ipse Julius Secundus papa posterius fuit) petitionem quæ ei a rectore, doctoribus et scholaribus Universitatis missa fuerat bene accepit. Illi autem querebantur in Universitate sua, quum ad instar aliorum Universitatum et studiorum generalium regni Franciæ et præsertim inclytæ Universitatis Parisiensis creata esset, quosdam qui officia tenerent in receptionibus, admissionibus et assumptionibus aliquod juramentum de hujusmodi officiis fideliter exercendis præstare non consuevisse, quo autem modo Universitatem læsam quondam fuisse. Statim vero legatus illos officiarios quos curia romana instituerat, cancellarium (cujus officium semper tenebat episcopus Bajocensis) et ecclesiasticum conservatorem (quod officium invicem episcopo Lexoviensi et Constantiensi tributum erat) « communia juramenta ipsius Universitatis statuta, videlicet de obedientia Romano pontifici et fidelitate illustrissimi principis domini Francorum regis christianissimi ac de honore et reverentia rectoris ejusdem pro tempore existentium observandis, in manibus prefati rectoris corporaliter ad sacrosancta Dei evangelia [1] » præstituros esse decrevit.

Carolo Septimo defuncto, regia potestas nostram Universitatem satis bene habuit. Rex enim Ludovicus Undecimus Universitati favere videtur, juridica privilegia mandato regali anni 1466 [2] et omnia generalia privilegia similia privilegiis quibus fruuntur Universitas Parisiensis, Aurelianensis et Andegavensis, decreto 1581 anni confirmat [3].

1. *Arch. Calv.*, D, 19, *ed.* Benet, I, 32. Cancellarius gradum universitatis conferebat : de illo, *cf.* Bourmont, 81. — Ecclesiasticus conservator scholares in omnibus causis judicabat eosque tuebatur. Cf. Bourmont, 83.

2. *Arch. Calv.*, D. 29, ed. Bénet, I, 46.

3. *Ibid.*, D. 30, ed. Bénet, I, 47. — Bourmont (p. 55) miratur de Lesnauderie confirmationem Ludovici Undecimi vocavisse optimam « la meilleure de l'Université »; sed Bourmont non ipsam latino sermone conscriptam confirmationem dedit, quam solum indicavit (p. 11). Quum de Ludovico tractat, solum regis chartas gallice scriptas quæ ad juridica privilegia et quasdam exemptiones suppositorum refert. Quod si Bourmont ipsam confirmationem Ludovici XI dedisset, verba quæ retulimus quum legisset, de Lesnauderie opinioni forsan consensisset. Universitati enim Cadomensi in omni occasione placuerat memorare se eisdem privilegiis quibus antiquiores Universitates regni et præsertim

Ludovicus igitur istam Universitatem, quæ a patre ejus Carolo gratias non libenter concessas solum receperat, semper tutus esse videtur. 1471 anno, ad Magnum Consilium evocat causam bidelli Milcent, quem talliæ submittere parrochiani Sancti Petri ecclesiæ volebant[1] ; ita quidem duos post annos, privilegium tuetur nuncii Sancti Martini de Aquila quem incolæ hujus oppidi taxare voluerant[2]. Jamdudum enim Universitati certandum erat cum incolis ipsis Cadomi, qui suppositis privilegiatis præsertimque immunibus invidebant.

II

Sub sæculi quintidecimi autem fine et sexti decimi exordio, non solum ab illis hostibus læsa fuit Universitas, verum etiam a novis infensissimis quidem, id est, ab episcopis diœcesum propinquarum. Illi enim Universitati, ut, per medium ævum, aliis celeberrimis Universitatibus, Aurelianensi, Monspeliensi, aut illo tempore Andegavensi non cum episcopo uno patrono sed sæpe quoque, hoste Studii certandum fuit : quum Cadomi non sederet episcopus, Lexoviensis et Bajocensis, qui Universitatis officiarii erant, ut vidimus, raro graviora ei mala attulerunt. Sæpe vero aliquis episcopus propinquus, aut provinciæ totius omnes prælati Universitatem lædebant. Breviter primum memoremus longum et terribile bellum adversus episcopum Cenomanensem, Philippum de Lucemburgo. Quo in bello, Pontifex saltem summus Innocentius Octavus Universitati auxilium tulit ; ab illo autem commissarius nominatus Guillermus de la Planque, thesaurarius ecclesiæ Sanctæ Virginis de Cressenville, in ecclesia Vaucellarum, septimo anno belli contra episcopum sententiam dedit[3].

Parisiensis frui. Octavo januarii mensis die 1471 anni, Cadomensis Universitas profitebatur se fruitam esse privilegiis Parisiensis Universitatis « ad cujus instar maxime porrecti et fundati sumus ». (*Concl.* 1. f° 41.)

1. *Matrolog.*, f° 196, *ind.* Bénet, 1, 171.

2. *Ibid.*

3. *Arch. Calv.*, D. 21, *ed.* Bénet, 1, 33, *sqq.* — Ista causa oriebatur e querela inter Robertum Tyessé, thesaurarium ecclesiæ Sancti Nicolai de

III

Universitas postea ab ipsis patronis suis, regibus vel pontificibus, læsa fuit; adversus eos sua privilegia tueretur, oportuit. Immunitas enim carissima erat suis suppositis; professorum ita præsertim labores merebantur.

Incolis vero videbantur taxationes graviores : unde oriebantur perpetuæ querelæ. Non enim dives erat Universitas : Normannia quum capta esset a rege, possessiones a rege Angliæ retentæ, quarum fructus ei per anglicam dominationem tributus erat, Universitati Parisiensi redditæ erant [1]. Cadomum urbs autem non ditior Universitate : ab Anglis minuta fuerat, tertia parte incolarum tunc migrata ad Armoricas fines [2]; postea, non minus læsa fuerat quum post Francorum regressum, non jam caput fuit anglici imperii in Francia. Adde quod miseram urbem pestis sæpe frequentabat. Quum vero consideraret tum mortalitatem quam hic morbus agebat, tum onera gravissima quæ urbs, annis antecedentibus, tulerat, anno 1485, quarto februarii, die, rex Carolus Octavus incolis concesserat, ad tallias exsolvendas, « qu'ils puissent lever par impôt, aide ou autrement, pour le bien et soulagement des manants et habitants, la somme qui leur serait baillée pour leur quote-part de l'octroi fait au Roi par les États de Normandie [3] ».

His quidem litteris regalibus muniti, incolæ quasdam taxationes quæ « adjutoria » appellantur de rebus venditis

Merula Radulphi (le Merlerault) in diœcesi Lexoviensi sita, et vices gerentem domini Lexoviensis episcopi, conservatoris privilegiorum Universitatis et Michaelem de Villy, decanum ruralem de Liveriis la Carelle, Cenomanensis diœcesis. Hunc ille vocaverat in suum prætorium Cadomi. Philippus de Lucemburgo vetabat decanum hanc jurisdictionem accipere, profitens se privilegia Universitatis negare : « præterea privillegia dicte asserte Universitatis Cadomensis, aiebat, semper ignoravimus, eaque nullatenus fuerunt nobis exhibita vel ostensa. »

1. Bourmont, 50 et 54. Cf. de la Rue : « *Notes vues sur un exemplaire des Origines de Caen, de Huet* », Bib mun. Cad. in-8°, n° 50. (*Cat. des Manuscrits*. Lavalley, n° 104.) Cf. quoque Ch. de Beaurepaire, *Les États de Normandie sous l'occupation anglaise*, Evreux, p. 192.

2. Bourmont, 23-24.

3. *Arch. Calv.*, D. 174, *ind.* Bénet, II, 80.

ac distributis in urbe imposuerunt; quibus subjungere voluerunt officiarios et suppositos Universitatis, quo modo quidem ipsi tallias quibus immunes erant, exsolvebant, invitis privilegiis quæ eis dederant Carolus Septimus, Ludovicus Undecimus et Carolus Octavus ipse, qui chartam sui patris confirmaverat [1]. Suppositos vero taxationes novas negantes, incolæ prosecuti sunt « par la prinse de leurs biens ou autrement... et les mettoient ou tenoient en plusieurs grandes involutions de procès ». Obsecravit autem Universitas regem, qui, nono maii mensis die 1485, in consilio suo quum declararet se nolle Universitatem a suppositis suis relictam esse, imo velle Universitatem semper progredi in bonum, jubebat supplicantes officiarios domesticos suppositosque, « de quelque état qu'ils soient et marchandises qui se meslent », novis taxationibus immunes esse. « Curia generalis super facto justitiæ juvaminum Rothomagi », « electi super facto juvaminum Cadomi » hanc immunitionem tueri debebant [2]. Sed lis non tam simplex erat quam credebatur in Magno Consilio: suppositi enim Universitatis, quum immunes essent omnino juvaminibus de rebus quas ipsi consumebant et a parentibus suis petebant, si burgensibus Cadomensibus et historico credas, illas mercedes sæpe vendiderant. « Aucuns des suppots et bedeaux d'icelle, ait de Bras, voulurent amplifier leurs privilèges d'exemption en outre ce qui estoit raisonnable, faisans de grands frais de marchandises dont ils se prétendoyent deschargés et n'estre contributifs aux subsides qui se levoyent au lieu des tailles : car les plus aisez et apparents bourgeois marchands pratiquoyent avoir des Estats et offices de ladite Université, pour s'exempter du payement des aides. Et les autres pauvres bourgeois en demeuroyent chargez, parce que les dicts Bedeaux faisoyent soubs main grand nombre de Sidres, qui n'estoyent de leur cru, se marchandoyent des vins, bleds, beurres, voydes en plus oultre que

1. « Confirmation et vidimus de la confirmation des privilèges de l'Université x^bre 1431. Sainte-Marie de Clercy. (*Arch. Calv.*, D. 32, *ed.* Bénet, I, 50.)

2. « Donné à Rouen le neuf^me jour de may, l'an de grace 1485. » (*Arch. Calv.*, D. 33, *ed.* Bénet, I, 51.)

ne devoyent [1]. » Hi quidem periti mercatores fiebant suppositi Universitatis, ut juvaminibus immunes essent, quod ceteri burgenses autem non longe tolerare voluerunt : nam ita abutebantur suppositi ut : « Les denrées des fermes diminuoyent aparentement, de sorte qu'il y avoit danger qu'ils ne peussent suffire pour le paiement desdites Tailles [2]. »

Cadomenses autem in justitiam Regis eam litem vocaverunt, qui quinto augusti mensis die 1485 anni eis litteras novas tribuit, quibus jubebat baillivum cogere domesticos, scholares et suppositos Universitatis ad publicano supradictorum juvaminum exsolvendum « ce qu'ils seront raisonnablement trouvés devoir des marchandises qu'ils feront autres que de leur métier, cru et revenu [3]. » Universitas autem nunc clamabat : quas querelas Rex bene audivit, et ejusdem anni sexto decimo septembris die, mandatis missis « generalibus de facto juvaminum Rothomagi » et « Cadomensibus electis », eos monebat litteras regales superiore mense concessas, subreptice obtentas esse : privilegia autem Universitatis integra esse Rex volebat electisque Curiæ Juvaminum remittebat judicium omnium litium ad illam rem tangentium, vetans baillivum Cadomensem, qui burgensium partes ferebat, has judicare qualicunque modo [4].

Quum autem Rex bene animatus videretur, Universitas a Carolo novas gratias petivit, Cadomum ingresso 1487 anno. Obviam enim Majestati Regiæ procedens, illum per oratorem congratulavit et nonnullos consiliarios Regis, Alenconii ducem, dominum de Gravilla Franciæ admiraldum, tutissimum, et archiepiscopum Burdegalensem. Rex autem nihil pollicitus est orantibus « propter domini cancellarii tunc a curia regis absentiam ». Burgenses vero non malum animum Universitati intendebant : nam quidam electi, ut ad Rothomagum regem prosequerentur « pro litteris suarum supplicationum expediendis », Rectorem hortati

1. DE BRAS, *op. cit.*, 334.
2. *Ibid.*
3. *Arch. Calv.*, D. 174, *loc. cit.*
4. « Donné à Orléans, le VIIe jour de septembre l'an de grace MCCCC quatre vings et cinq. » (*Arch. Calv.*, D. 33, *ed.* Bénet, I, 52.)

sunt ut Universitas deputatum Rothomagum quoque mitteret, quod sine ullo effectu factum est [1].

Universitas, cum oppido conciliata, statim a rege ipso et pontifice summo læsa fuit : e bellis enim Italicis (quis non miretur !) laboratura erat. Anno 1482, supremus pontifex decimam ecclesiæ toti gallicanæ imposuit, cui Rex consenserat libenter duabus partibus decimæ ei reservatis, quæ negotiis regni suppeditarent [2]. Cardinalis archiepiscopus Lugdunensis et Albiensis episcopus ut decimam levarent designati, in Rothomagensi provincia delegaverant archiepiscopum ipsum et magistrum Johannem Masselin, Rothomagensis ecclesiæ decanum. Qui autem clericos decimæ infensissimos invenerunt ; Rex vero tunc commissariorum juvare conatus voluit, atque mandato ad magnum senescalcum Normanniæ, baillivos, Rothomagi, Caletorum, Cadomensis misso, incolas monuit Anglicos numerosum exercitum congregare, ut Normanniam invaderent [3]. Quo modo rex memorabat tempora miserrima tam gravia Normannis [4]. Rex igitur delegabat novum commissarium in provinciam ad decimam levandam, episcopum Cabillonensem, quem juvare debebant baillivi.

Universitas tamen, privilegiis suis invocatis, decimam exsolvere negavit, et bellum inivit cum episcopo Cabillonensi et locum tenente baillivi, Girard Bureau. Ille autem personam difficilem agebat : nam, ut quidem locumtenens baillivi, conservator regalis privilegiorum Universitatis erat, et eam tueri debebat [5].

Episcopus Cabillonensis suppositos excommunicavit tertia februarii die 1492 [6] ; sed conservatores ecclesiastici,

1. Bourmont, 57. Cf. *Concl.* I, f° 125-126, quas in *append.* damus.

2. *Recueil des ordonnances des rois de France*, XX, p. 313, not. 1.

3. « Donné à Montilz les Tours, le 8e jour d'octobre l'an de grace 1492, et de notre règne le dixième. » (*Matrol*, f° 305, *ed.* Bénet, I, 192).

4. Notandum est forsan Regem a julio mense cum Anglicis negotia tractare ; mandatum ejus datum fuit octava die octobris et tertia novembris fœdus inibat Staplorum. De Italia enim præsertim curabat Carolus, et decimæ partes reservatæ forsan pecuniam Henrico VIII pollicitam exsolverunt. Cf. Delaborde, *L'expédition du roi Charles VIII en Italie.* Paris, 1888.

5. « La tâche de conservateur royal est,..... plutôt une charge de défenseur qu'un rôle de juge. » Bourmont, 89.

6. *Matrol.*, f° 310, *ind.* Bénet, I, 193.

qui, ut clerici, totius provinciæ decimam detestabantur, omnium ecclesiarum valvis et in publicis locis provinciæ inhibitiones affixerunt, quibus tuebantur bona scholariorum [1]. Episcopus vero inhibitiones contemnens, a conservatore ecclesiastico ipse excommunicatus fuit, itemque quoque Magister Petrus Regnault, Cadomi urbis signorum custos et Thomas Lyon, domesticus baillivi Bureau [2]. Quæ non sine quibusdam turbis agebantur. Carminibus episcopum scholares irridebant; quem « impium, parricidam ecclesiæque matris persecutorem gravissimum » dicebant : ex his autem centum in porta domus sui baillivi excommunicationem affixerunt [3].

Bureau tamen absoluto ab episcopo Constanciensi, Universitas absolutionem non valère declaravit, quæ proprio motu non data erat [4]. Non autem solum irridebat adversarios suos Universitas, sed etiam eos comœdia lædebat ; nam Petrus de Lesnauderie, unus ex acerbissimis inter scholares farsam vocatam *des Pattes Ouaintes* scripsit quæ « au karesme prenant » acta fuit, centum scholaribus præsentibus Petroque de Lesnauderie ipso primas partes tenente [5]. In illa certatione, Universitatem præsertim defenderunt scholares [6], forsan quoque conservatores ecclesiastici, in principio rei saltem ; sed sui potentissimi filii eam reliquisse videntur [7] : Universitas ad supremum

1. *Matrol.*, f° 312.

2. « Palefrenier de la mule Bureau », ait de Lesnauderie. (*Matrol.*, f° 318.)

3. *Matrol.*, f° 317.

4. *Matrol.*, f° 334.

5. Hanc farsan *ed.* I, Bonnin. *La Farce des Pattes Ouaintes*, par P. de Lesnauderie. Evreux, 1843, in-8° de VI-32 pages. Falso, M. Fournier. *Statuts*, III, 230, novam editionem ab. A. Bénet perfectam esse nuntiavit. — Bonnin illius farsæ editor auctorem hujus Petrum de Lesnauderie habet, quia tueri eam curavit : cui consensit Bourmont, 4.

6. Scholares quorum bona capi poterant, multa egerunt, si Petro de Lesnauderie credas, quinque centum scholarium adfuerunt quondam domui Bureau, « lequel fut tout troublé et cuidait estre mort », (*Matrol.*, f° 326.) « A une procession générale de l'Université... il y avoit bien trois mille escoliers. » ? (*Matrol.*, f° 330.)

7. Cui rei alludit ipsa farsa, cujus sunt septem personæ « La Mère (Universitas vel ecclesia vocata), — Lâche emmanché, — Va-t'en quitte. — Qui ne le peult souffrir, — Escoute s'il pleut, » indigni pueri Universitatis, « Ribonribaine », quo fingebatur episcopus Cabillonensis, et Pattes-Ouaintes, quo alludebatur baillivus.

consilium vocavit, Bureau autem ad Magnum Consilium, quod semper audire vocationem negavit, sine dubio de ista lite non judicare curans [1], quia Bureau adversus totam Universitatem vocabat. Hostes autem Universitatis, si Lesnauderie credas, morte miserabili finierunt [2].

IV

Ex hac certatione intelligere est cur Universitas per regnum sequens tam « gallicano » animo incensa fuerit [3] et Curiæ romanæ inimica [4]. Quum Rex Ludovicus Duodecimus cum Julio papa certans, omnes episcopos ad Aurelianense post Turonense convocavit, post ad Lugdunense, dein ad Pisanum consilium generale, [5] Universitas videtur, non secus ac provinciæ episcopi, Ludovico favere contra pontificem : forsan Regis auxilium sibi parare volebat ; Rex quidem « privilegia, prærogativa, franchisias et libertates » sicut aliis Universitatibus regni nostri confirmat [6]. Universitas legatos misit quinque Lugdunum, postea duos saltem Pisas, Guillelmum de la Lande, in sacra pagina doctorem, et Adam La Longny, in decreto doctorem, principalem collegii Clouterii. qui rectoris munere 1506 anno functus erat [7]. Universitas quoque episcopum Lexoviensem adjutorium suum rogaverat ut in consilio res suas tueretur [8] : quinque centum francorum saltem ad viatica delegatorum

1. *Matrol.*, f° 332.

2. *Ibid.*, f° 331. Unus, in cœna rectorali aliquam malam potionem bibisse, alter malo quod tunc dicebatur gallicum in Italia, italicum in Gallia, cecidisse videtur.

3. DE LA RUE, *Essais*, I, 139.

4. Attamen pontifex Alexander Sextus, bulla data quarto kalendarum aprilis, collegio septem doctorum in jure canonico et civili regentium causas, quas conservatores ecclesiastici judicare aut negabant aut differebant, tribuerat. (*Arch. Calv.*, D. 23, *ed.* Bénet, I, 39.

5. Cf. SANDRET, *Le concile de Pise*. (Revue des questions historiques, t. XXXIV, p. 424.)

6. Confirmation des privilèges de l'Université. Donnée à Montilz-lez-Tours au mois de septembre, l'an de grace mil cinq cent et dix. (*Arch. Calv.*, D. 34, *ed.* Bénet, I, 54.)

7. « Procuratorium Universitatis pro eundo ad concilium.» (*Matrol.*, f° 135). Cf. de la Rue, *Essais historiques*, I, 151.

8. *Matrolog.*, f° 374.

exsolvenda expendebat [1]. Sed omnes spes quas in concilio posuerat Universitas, statim evanuerunt, quo breviter dissoluto, priusquam legati ejus Pisas vel Mediolanum, quo translatum erat, adissent [2]. A concilio tamen Pisano gratiæ exspectativæ Universitati Cadomensi tributæ fuerunt, ut ceteris ecclesiis Galliæ [3]. Sed ex hoc negotio hunc fructum quoque receperat Universitas ut episcopi Normanniæ, qui fere omnes ad Pisas ibant, taxationes magnas imponere suppositis et scholaribus Universitatis, invitis privilegiis conati sint: adversus hanc nequitiam Universitas Curiam Parlamenti vocavit, quæ mandato [tertio aprilis die 1511 anni in episcopos sententiam dedit [4].

V

Igitur pro privilegiis conservandis semper certabatur. Cum urbe tamen omnem litem resolvere fœdère, omnes res quæ ad privilegia pertinerent cum oppidanis tractante, nixa erat Universitas. Ut bonum pacis aleretur, servareturque amicitia, unio et concordia inter rectorem, doctores, magistros, regentes, scholares, officiarios, domesticos et suppositos Universitatis, et gubernatores juratos, burgenses, manentes et incolas Cadomi. pluribus congregationibus habitis, delegatos utrique designaverant, qui consentientes reduxerant numerum officiariorum Universitatis : bidellorum duorum locum tenuerunt duo scholares, munera clavigeri scholarum et librariæ custodis

1. *Matrol.*, f 374.

2. Petrus de Lesnauderie. (*Matrol.*, f° 350), ait : « Mès on ne fit rien car le pape Jule mourut et fut ledit concile levé et du tout anichillé ». Errat de Lesnauderie: Julius II anno 1513 solum mortuus est ; concilium Mediolanum translatum erat januario mense 1512 anni. Cf. Sandret, *op. cit.*, 445. Sed legati Universitatis Lugduni manserunt. Cf. Eorum itinerarium, *Arch. Calv.* Comp. et quoque *Concl.* II, f° 6.

3. « Lettre du Concile de Pise, datée du 8 mars 1513, adressée à Louis XII ». Apogr., *Matrologe,* f° 353. — *Orig.* in *Arch. Calv.* ind. Lechaudé d'Anisy, n° 263 à 269, cujus defectus notatus fuit a Bourmont, p. 19.

4. Teneur de ung mandement donné à Rouen le IIIe jour d'apvril l'an de grace *mil V^cc^ et dix* et de notre règne *le XIIIe*. *Matrol.*, f° 353, ed. Bénet, I, 173. — 1511 annum autem dixi: nam primus annus regni Ludovici XII inivit septimo die aprilis 1498 et tertius decimus regni annus, qui septimo die aprilis 1510 inivit, sexto die aprilis 1511 finem habuerat.

in unum coaluerunt. Solutæ autem erant omnes lites de taxationibus: « Et ne paieront lesdits officiers aucunes tailles ne aides pour marchandises qu'ils facent, réservé les aides anciennes, s'ils tiennent taverne, en quoi comme taverniers seront comprins les brasseurs de bière, s'ils sont ou étoient officiers de l'Université; mais de ce qu'ils vendront pour la provision des écoliers et officiers de ladite Université, ils ne paieront aucunes aides pour et au lieu desdites tailles [1] ». 1515 anno, novum rotulum officiariorum Universitatis redegerunt, pluribus mutatis, quem ut confirmaret, a rege Francisco Primo petiverunt[2].

Cum incolis vero parrochiarum in quibus bona tenebant vel residebant suppositi, quum in illis immunes quoque se esse profitebantur, novæ lites habebantur, quas judicavit Curia generalis Auxiliorum Normanniæ[3], quæ iterum numerum officiariorum Universitatis statuit. Ne autem postea orirentur lites de talliis cum parrochiis diœcesium Normanniæ, Curia decrevit tum officiarios, qui et muneribus officiisque fungerentur sine fraude, tum nuncios decem et septem per pagum Normanniæ immunes esse[4]. Sed querentibus rectore, doctoribus, magistris, regentibus Universitatis, Curia, sexto decimo die novembris mensis 1519 anni, addidit duos, scribam scilicet vel notarium et nuncium generalem[5], numero officiariorum, quorum novus rotulus redactus fuit[6].

1. Ensuit la teneur de ung appointement fait et passé entre ceulx de l'Université d'une part et ceulx de la ville de Caen touchant les franchises des officiers de lad. Université.... Ce fut fait et passé aud. Caen l'an de grace mil V^cc et sept. le XIIe jour de février » (id est 1508 n s.). *Matrol.*, f° 297, *ed.* Bénet, I, 188.

2. *Matrol*, f° 367, *éd.* Bénet, I, 201.

3. Cf. in *Matrol.*, f° 374, litteras Universitatis spectantes ad franchisiam Roberti Massé alterum bibliopolarum seu librariorum nostrorum, Abrincatui taxatum, propter libros quos ad Nannetensem Universitatem ac reliquas partes Britanniæ pertrahit, et litteras regales spectantes ad Johannem Marivint, nuncium in Virensi vicecomitatu, quem taxaverant, invitis privilegiis Universitatis, incolæ Sancti Johannis albi (Saint-Jean-le-Blanc).

4. *Extrait des reg. de la cour des aides de Normandie*, prononcé à Rouen le jeudy VIIe jour d'aout mil V^cc XIX. (*Matrol.*, f° 383, *ed.* Bénet, I, 203)

5. *Extrait des reg. de la Court des Aides en Normandie*, fait en icelle le XVIe jour de novembre mil cinq cens dix neuf. (*Matrol.*, f° 333, *ed* Bénet, I, 204.)

6. *Matrol.*, f° 383.

VI

Eodem tempore tamen, Universitas pro altero privilegio quod conservare illi operæ quoque pretium erat, certabat : de nominationibus enim agitur proponendis ad beneficia quod scholaribus præmium reservabatur. Rex vero Henricus Sextus Universitati jus proponendi medietati beneficiorum quibus Rex proponere poterat in Normannia, tribuerat. Finiente quintodecimo sæculo, Regia potestas de Universitatibus sæpius curavit [1]. Etsi Ludovicus Duodecimus conditiones necessarias, quibus scholares privilegiis fruerentur, statuerat, jus tamen eorumdem magistrorum, regentium et graduatorum proponendorum et nominandorum beneficiis tueri decreto conabatur. A regibus confirmatis sibi juribus eisdem quæ Parisiensi, Aurelianensi et Andegavensi, Universitas Cadomensis jus proponendi nominationibus vindicabat [2]. Nihilominus collatores, patroni provisoresque beneficiorum provinciæ ducatusque Normanniæ nominationes tributas per Universitatem doctoribus, regentibus, scholaribus, suppositisque suis accipere negabant. Sed Concordatu fœdere pacto Bononiæ inter Franciscum Primum et supremum Pontificem Leonem X, Universitas Cadomensis jura nova invocabat Proponendi autem nominationibus jus Rex firmiter asseruit regalibus litteris [3].

Universitas Cadomensis dein patronum inveniebat, Regem scilicet qui Parisiensi Universitate non contentus

1. Ordonnance de Paris du 31 août 1498 (*Rec. des Ordonnances*, XXI, 112), et Ord. de Romorantin, 12 mai 1499 (*Ibid*, XXI, 221).

2. Ord. Blois, mars 1498, (n. s. 1499.) *Ibid.*, XXI, 177, art. 2. — « Item et jaçoit ce que par les décrets de Basle et Pragmatique Sanction dont sommes protecteurs et conservateurs ayent esté faits plusieurs décrets et constitutions pour pourvoir aux graduez simples et graduez nommés des Universités, toutesfois pour la difficulté de la preuve du tour, les maistres, régents et autres gradués sont frustrés de l'effet desdits décrets, et les collateurs ordinaires perturbez. »

3. « Lectres roiaux comme le Roi déclare que Caen et Normandie sont du royaume de France... Donné à Angers, le XXe jour de juing l'an de grace MV^cc^ dix huit » *Matrol., ed.* Bénet, I, 75.

erat, quæ Concordatui Bononiæ obstabat [1]. Rex tamen, ut juste historicus dixit, ut novis rebus ardebat, ita levi mente præditus brevi obliviscebatur [2]. Et quam multa negotia ei annis sequentibus incubuerunt per bellum cum Carolo Quinto gestum! Sed episcopatu sæpe adversante, oppidano sæpius invidente, Rex saltem nunc non Universitatem lædit, et quum de ea non potest curare, Curia Parlamenti Studio providet.

Ita in Universitate Cadomensi non patronus, non localis potestas tam fortis ut Universitatem adstringeret, episcopalis fere nulla auctoritas : quo intelligas forsan litterarum humanarum cultum, reformationis mentem, dein reformationem ipsam in illa nunc animo gallicano intenta libere crevisse ac viguisse. Duo potestates solum Universitatem tueri poterant : Urbis regalisque ; in urbe, oppidani primum privilegiis invisi, nunc fœdere conciliati sunt cum Universitate, quæ ceterum localis provincialisque hoc tempore videtur. Regalis potestas autem Curiæ Parlamenti vice Universitatem nunc tuetur et reformat.

1. **Édit portant défenses aux recteurs... de l'Université de Paris de tenir des assemblées et de s'ingérer des affaires de l'État, 25 avril 1518. — *Catalogue des actes du roi François Ier*, n° 814. Cf. Bulæus, *Hist. Un. Paris.*, VI, 104.**

2. **Lefranc, *Histoire du collège de France*, 83.**

CAPUT PRIMUM

DE 1521 ANNI REFORMATIONE

« On a parfois présenté les parlementaires comme les adversaires de l'Université. Rien de plus inexact. Les Universités n'eurent pas au contraire d'amis plus éclairés. »

L. LIARD, *L'enseignement supérieur en France*, I. 91.

I. Reformatio generalis Universitatum, incipiente XVIe sæculo. — II. Parlamenti Rothomagensis decretum anno 1521. — III. Jurium collegii reformatio. — IV. Facultatis theologiæ. — V. Medicinæ facultatis. — VI. Artium facultatis. — VII. Morum ludorumque studentium.

I

Finiente medio ævo, sæpe hebent Universitates : quod non miraris, si cogites nullam auctoritatem bene legendis professoribus, studiis bonis servandis, statutis tuendis præfectam esse. Clericale dominium, id est, episcoporum pontificumque ubique declinabat, urbes autem quæ sæpe bono studiorum vigilare potuissent, vitia Universitatum denuntiabant. Regalis vero potestas Universitatibus ut aliis medii ævi institutis præesse volebat ; quas jam auctoritati Curiarum supremarum Parlamentorum subjecerat.

Ineunte sexto decimo sæculo, vitia quæ Universitates lædebant, quæ e strictiore vita eveniebant, undique similia, Regibus occasionem præbuerunt ut iterum reformari Universitates a Curiis Supremis juberent. Professores autem suum numerum augeri aut impleri non ferebant, quo majoribus scholaritatis pretiis fruerentur, suos discipulos solos, quum autem coacti erant, ad regentiam vocabant ; gradus facilius, statutis veteribus remissis, conferebant, et a licentiatis se suppleri sæpius sinebant [1].

1. Ita in Bituricensi studio. Cf. Marcel FOURNIER, *L'Université de Bourges au commencement du XVIe siècle.* (Nouv. Rev. hist. de droit, 23e année, p. 697, et 24e année, p. 217).

Ita, primo mensis februarii die 1512 anni, Parlamenti Parisiensis Curia decreto Aurelianense studium reformaverat, quod posterius aliis Universitatibus, Andegavensi, Nannetensi, Pictaviensi, Cadomensi applicatum fuit[1]. Hæc reformatio, quum primum Aurelianensi Universitati quod juris civilis studium esset, imposita esset, ad juris doctrinam præsertim spectabat, quæ ceterum Regum, legisconsultorum intererat.

Jamdudum Cadomensis Universitas, ut ceteræ, XV° sæculo reformanda erat; sed artium in Facultate sola turbæ aliquæ videntur exstitisse; quam invitam aliæ Facultates ipsæ reformaverant, non sine aliquibus motibus[2]. Turbæ tamen illam Facultatem adhuc agebant in 1500 anno, quibus Universitati ruinam impendere dicebatur[3]. Finiente sæculo, Universitas satis prospera videtur, si de prosperitate a numero scholasticorum qui quoque anno juramentum ferebant, judicemus. 1500 anno, ducenti septuaginta novem juraverunt[4]. Viginti post annis, rectore M° Petro de Pratis, adhuc numerantur discipuli rectoris ipsius dialecticæ studentes, sexaginta et quatuor. Et juraverunt pro scholaritate et usu privilegiorum, in ceteris studiis, centum et sexdecim[5]; anno sequente, Petro Laloigny rectore, centum et quinque. Forsan ex Universitate scholares arcebantur cujus privilegia, nominationum jus præsertim in provincia tam acriter lædebantur. Morbus præterea 1518 anno Cadomum vastaverat[6].

Cadomi vitia eadem quæ in aliis Universitatibus videntur fuisse. Francisci primi litteræ quæ reformationem Universitatis jubent, dicunt « y avoir plusieurs faultes et abbus, tant parce que les lecteurs n'y etoient ordinaire-

1. Notandum est apographum decreti Curiæ Parisiensis in *Matrol.* inveniri.

2. 1490 anni. Concl. I, f°s 144, 145.

3. 1500 7 9^bris^. Concl. I, f° 199.

4. Bourmont, 72-73.

5. *Rectories*, II, f° 22° v°. Inter eos aliqui scholastici ex alienis diocesibus Normanniæ; vidimus Parisiensem unum, Carnotensem unum, Arelatensem unum, Redonensem unum, Bituricensem unum, quatuor Cenomanenses. Triger, *Les étudiants manceaux à l'Université de Caen*, p. 360, notat primo, hoc ævo, ex hoc diœcesi scholares ad Cadomum adivisse.

6. De Bras, *Rech.*, p. 132.

ment faites par les docteurs et regents en chascune des facultés de lad. Université que en plusieurs exactions, et que ès colleges et maisons pédagogiales n'estoit tenu ni exercé bonne discipline [1]. »

Curia vero a procuratore generali monita de querelis quæ de statu Universitatis agebantur, præsidentes et consiliarii nonnulli, id est, « Messieurs Jacques Bordel, second président; Josse Godet, conseillér, et Robert de Villy, procureur général du Roy », Cadomum in julio mense 1521 anni petiverunt. De exercitatione disciplinaque in quaque facultate observandis quæsiverunt, et auditis doctoribus regentibusque Universitatis, statutis et regulis providerunt, ampliore statuto reformationis, quod Curia redderet, exspectato [2].

II

Curia, postquam deputatorum suorum relationem et querelas Universitatis suppositorum legit, et de his deputatos suos audivit, firmavit reformationis statuta, quæ etiam ampliora fecit et 16ª die augusti in longo decreto scripsit [3]. Curia vero opus perfici volens, executioni vigilare intendens, eadem die jussit unum consiliariorum, Magistrum Josse Godet Cadomum ire, ut ibi decretum ferret [4]. Ante autem ingressum lectionum, deputatus Cadomum petivit. Et undevicesima die septembris mensis, octava matutina hora, jubente rectore, et Josse Godet mandante, generalis congregatio « solito fratrum Minorum conclavi » habebatur, ut senatusconsultum

1. « Magna reformatio Universitatis per Curiam Supremam in anno Domini millesimo quingentesimo XXI anno. » Apographum de *Matrol.*, Arch. Calv. D. 47 ed., Bénet, r. 69. Orig. *Reg. d'audience du Parlement*, 16 août 1521, Arch. Seq. Inf. fund. B.

2. Mandement du Parlement de Rouen à Mᵉ Josse Godet, conseiller en lad. Cour, 16 août 1521. (Arch. Calv., D. 47, ed. Bénet, r. 72.) Invenitur quoque in de Bras, *Recherch.*, p. 342.

3. Magna reformatio.

4. Josse Godet scholaris fuerat Universitatis Cadomensis. Videtur ut in jure civili licenciatus et ad computa audienda officiariorum, facultatis artium legatus in *Concl.* r, f° 201 (28 junii 1502).

audiret « super completa ejusdem Universitatis reformatione [1] ».

Curiæ autem deputatus academica eloquentia coram doctoribus florere voluit, quam, non sine quodam amœno joco, ut mihi videtur, laudat scribæ relatio : « Præfatus dominus senator clarissimus, ea qua præfulget aurea dicendi, tanquam alter Demosthenes inter Græcos, aut alter Tullius inter Romanos, maxima sermonis eloquentia purgatissimi omnium assistèntium aures haud secus quam Philomela suo (quo inter ceteras aves excellit) armonico cantu demulcente .. finem intentum abunde manifestavit, scientiarum utilitatem atque studiorum necessitatem altiloquo dicendi genere demonstrans. » Post hunc sermonem qui solemni congregatione Universitatis lectiones instaurante digna homelia nobis videtur, præfatum senatusconsultum per virum utique litteratum Magistrum Gauffridum Le Mercier, causarum civilium in eodem Parlamento patronum eloquentissimum palam ac manifeste lectum fuit : « Qua publicatione solemniter atque rite peracta, tunc exurgens spectabilis ac egregius vir dominus ac Magister Robertus de Villy, fiscalis atque generalis in toto Normanniæ ducatu regiæ majestatis procurator fidelissimus, ejusdem domini senatoris commissionem eidem Le Mercier publice legendam exhibuit. »

Executione senatusconsulti postulata a procuratore, « præfatus dominus commissarius una cum eodem domino procuratore foras exivit, et ejusdem Universitatis suum super his responsum daturæ omnes et singulæ facultates seorsum atque separatim mature deliberantes eidem domino rectori succincte retulerunt se multas gratiarum vices regiæ majestati, toti senatui et præsertim eisdem dominis senatori commissario atque procuratori regio in perpetuo habituras, atque diffinitivam Parlamenti sententiam clementer acceptaturas. »

Ita omnia secundum statuta aguntur : singularum facultatum relationibus peractis, ut mos est, secundum unanimem omnium ejusdem Universitatis suppositorum

1. « Procès-verbal de l'assemblée tenue le 19 sept. 1521. » *Arch. Calv.*, D. 47. ed. Bénet, I, 73 et D. 90. *Rectories*, II, f° 24.

consensum rector conclusit. Nova congregatione, cui commissarius senator et procurator adfuerunt, tum rector sermonem præclarum elocutus est (ne eloquentia præstaret Universitatis supposilis Curiæ deputatus), ac multas Rothomagensi Parlamento ac senatori commissario ipsi gratias egit : asseruit insuper æquo animo Universitatem prædictam reformationis formam accepisse quam commissarius in statutorum libris scribi jussit, « cui prædicta Universitas sufficienter assensit. »

Senator autem ille Cadomi aliquot diebus mansit ut de minimis curaret : ita per decretum vicesimo septembris mensis die clausuras quæ cum catenis viæ limina ante scholas tenebant, reponendas jussit[1]. Diversa etiam negotia de officiis et facultatis theologiæ examinibus finivit et studiumcollegii jurium reformare præsertim conatus est.

Quæ autem præscripserint, decretum Parlamenti et mandata commissarii nunc videamus.

III

Nemo mirabitur si Curia Normanniæ primum et præsertim de jurium collegio reformando curaverit, quod enim antiquius erat, ab Henrico VI° 1432 anno creatum, et carius Curiæ, quæ de Facultate juris civilis consiliarios evehebat.

Curia præcepit « ut munus lectionum suarum ipsi vigilanter et accurate per se, non per substitutos, nisi ex causa necessaria et per collegium approbata, obeant, alioquin a regentia explaudentur, et in eorum locum alius per collegium sufficiatur ; licebit autem senio confectis aut corporis invalitudine præpeditis, aut necessario aliquo impedimento per collegium approbando detentis, non aliis quibuscumque substitutorum opera uti. » Sed « ne passim facile ad confugiendas excusationes desidibus locus relinquatur », decrevit Curia « quod si quis ad lecturam diurnam

1. « Ordonnance dudit Josse Godet, licencié en lois, conseiller au Parlement de Normandie, commissaire député en cette partie. » (*Arch. Calv.*, D., 47, *ed.* Bénet, 1, 73.) Quæ via « *de la Chaîne* » recenter adhuc vocabatur nunc clarissimo *Pasteur* nomine decorata dedicataque.

aut horariam decurrere non potuerit », proxime collegii sequente congregatione, præsentibus apostolico et regio conservatoribus, viva voce excusationem illum propositurum esse et propositam jurejurando firmaturum ipsum, aut si detentus, fidelem et cognitum nuncium, et substitutum quemquam in suo loco propositurum idoneum et a collegio probandum. Nunquam conceditur absenti ad alias sedes aut oppida migrare et ex Universitate larem aut domicilium transferre.

Curia quoque regentium numerum instituit : si statuta, quæ in Matrologio scripta sunt, observabantur, septem regentes erant : quorum non augeri, sed semper impleri antiquiore expectante quacumque facultate esset, ut vacabat sedes, numerus poterat [1]. Curia « superfluum juris utriusque regentium doctorum numerum antiquandum duxit », et profecto cogitabatur regentes, si pauciores essent, melius muneratos, oneris curæ libenter se daturos et inexpertibus locumtenentibus nunquam jam usuros esse : quinque igitur erunt doctores regentes, tres jus civile, duo autem canonicum profitentes, sed Curia creavit sextum docentem qui instituarius diceretur.

Quanquam numerus regentium minuitur, lectionum numerus augmentatur. Si vetera statuta leges, invenies unam lectionem esse diurnam, quæ ordinaria dicitur, et quoque annò, invicem a duobus doctoribus ad hoc primo Jovis die julii mensis designandis habetur [2]; et numerosi erant ferii dies, vel obitibus consecrati, quibus nullæ erant lectiones ; ac si nulla vacaverat dies in septimana, Jovis dies vacabat. Itaque, si extraordinarias lectiones addes, vix duas horarias lectiones quoque die invenies, quæ saltem a doctoribus utroque jure habeantur [3]. 1521 autem anno, Curia decrevit ut, in Legum facultate, duo juniores regentes in scholis binas lectiones facerent ; matutinas duas e vestigio post ordinariam, et pomeridianas duas a secunda hora ad quartam, unaquaque prædictarum

1. *Matrol*, f° 159, *ed.* Bénet, I, 159. Ratio cur non numerosiores essent, erat penuria subsidiorum quæ a scholaribus exigebantur. (Bourmont, 140.)

2. Bourmont, 146.

3. Cf. « Calendrier » quod in *Ms.* Bibl. Cad. *in fol., 68* invenitur, et editum a Bourmont, 317.

lectionum per horæ spatium duratura. Regentium provexior quoque die ordinariam hora septima ad festum Paschalem, sexta post Paschalem, faciebat. Ita, in jure civili quinque lectiones habebuntur a doctoribus regentibus. « Doctor qui instituarius dicitur, juris tirones docebit duas lectiones, quorum una, ante ordinariam (heu! quam matutina!), altera autem, prima hora pomeridiana habebuntur. »

Quæ res docendæ essent, statuit quoque Curia, quosdam auctores cuique professori tribuens, libros indicans et tempus eis consecrandum. De rebus docendis non solum, sed etiam de docendi more Curia curavit, non quidem certis paragraphis quibusdam, sed aliqua verba notantur, quæ consilia professoribus data haberi possunt. Qui Bartholum legit « accurate, dilucide et cum apparatu », et præsertim horum verborum meminimus, « potissimum explicando ». Quod sit instituarii onus? « enucleare ». Ita non solum nunc agitur de lectione, quæ quidem non explauditur, sed jam medii ævi doctrinæ præstat novus mos institutus a Curia ; nam quod lectum est, explicatur.

De Decretorum facultate, pauca dicuntur. Duorum regentium provexior textum, glosas et Panormitani apparatum leget[1]. Hujus autem condoctor, quaque die, duas textuales lectiones in scholis publicis faciet. Notandum etiam, quod doctori qui Panormitanum leget, cum *interprelari profunde* præscribitur.

Curia tamen morem novum, quod mirandum videtur, sanxit: quum ordiendum esset studium singulis annis sexto idus octobris, in sex diebus exordium præcedentibus, a sex doctoribus, senas repetitiones teneri, quibus unusquisque scilicet unam in eo volumine ad quod legendum fuerit per annum deputatus solemniter et publice recitaret, publicatis primum et affixis per eos dies repetitionem præcedentes, disputandis cum omnibus scholaribus conclusionibus; dictis autem repetitionibus adessent doctores alii omnes togis et capis decorati[2]. A Curia autem cursus studiorum instituitur:

1. De Panormitano, cf Cauvet, *Le collège des droits*, 49; cujus operis exemplar Bibl. Cad. habet.

2. Hanc exercitationem Cauvet (*Le collège des droits*, p. 50) censet esse indignam professore. Sed observandum est disputationem qua intererant magister discipulique, frequenter haberi in medii ævi studiis. Quo

sed regulæ clariores sunt quam in statutis veteribus : « ad bacchalariatus gradum in altero jurium non esse quem evehendum, qui per biennium continuum in eo jure, quod profiteri desiderat, in Universitate famata operam non dederit, et judicio ordinis et collegii approbatus non fuerit, nec ad licentiæ apicem, nisi per triennium integrum studuerit a biennio prædicto computandum, et a licentia ad doctoratus apicem promoveatur, nisi prius, astantibus in epitogiis ceteris doctoribus, facta per eum repetitione solemni[1]. »

Ut autem novum decretum persequeretur, deputato Curiæ providendum erat numero doctorum regentium implendo. Etenim mortui erant quidam, egressi fuerant alii, neque erant plus quam tres doctores in jurium collegio : Johannes Gaudin, Marcus Comes et Petrus de Lesnauderie, quorum primus officialis, tertius apostolicus notarius ; tres omnes per se lectiones facere nolebant[2] ; jam, anno præcedente, substituti designabantur, quibus deputatus Curiæ munera iterum tribuere poterat, vel novos eligere. Certior autem factus de bona doctrina qua usi erant, quatuor qui legerant anno præcedenti, Mr Petrus Lalongny, Johannes Le Tellier in utroque jure licentiati, Stephanus Patry in legibus licentiatus, et Rotbertus Gauvillet in decreto licentiatus : eorum repetitionibus postquam adfuerit, deputatus Curiæ eos in muneribus protulit, excepto Johanne Le Tellier, qui e Cadomo abesse declaraverat ; cui substitutus fuit Mr Franciscus Cabart, in utroque jure licentiatus.

Sed horum substitutorum nullus doctor erat. Curiæ deputatus repetitionibus solemnibus adsistit quæ studii

vero pertinet hoc statutum ? Nescimus. Forsan ingressum studiorum lustrare volebat Curia ; forsan autem cogitabatur ita, exercitatione imposita, doctorum regentium non hebescere doctrinam, nec in lectionem, ut mos sæpius erat, vertere ; forsan etiam offerre volebat professori facultatem enitendi quum conclusiones suas disputaret cum bacchalariis et licentiatis quorumcumque Universitatum.

1. Non abolevisse autem Curiam dixit Cauvet, *op. cit.*, p. 51, lectiones extraordinarias quæ faciendæ erant licentiatis antequam doctores essent. De hac re non agit decretum, nec ut eam confirmet, nec ut aboleat.

2. Minute de l'exécutoire de l'arrêt de réformation. (*Arch. Calv.*, D. 47, *ed.* Bénet, I, 75.)

exordium antecedebant ; ibique, ut impleretur regentium doctorum numerus, ad doctoris apicem evexit in utroque jure Lalongny, in legibus Patry, quos pro regentibus recepit ; et quum de collegio bene meriti essent, gratis recepti fuerunt Gauvillet et Cabart, substituti fuerunt doctoribus valde excusatis, quorum unus jus canonicum, alter jus civile docuerunt : tertium autem substitutum excusati regentes proponere debebant. Dein Mr Radulphus Boullent, in legibus licentiatus, repetitionum sibi faciendarum gratia petita adeptaque, ad doctoratum receptus instituarii munere functus est, expectata prima regentis doctoris sede.

Quo modo solveretur operæ pretium professoribus, eo magis intererat, quod, deficientibus subsidiis, doctores non docebant et discipuli aberant : urbis autem de ærario, quinquagenas libras cuique quatuor doctorum exsolvendas deputatus sanxit. Doctores ceterum instituariusque partem habebant æquam e scholarium stipendiis, civilis juris aut pontificii lectionibus adsistentium, qui viginti solidos turonensium quotannis solvere debebant [1]. Imo scholaris, qui ita minus gravatus est quam sub veteribus statutis, non unius regentis lectiones, sed fere omnium assequi potest. Dein ut testimoniales secundum statuta decernerentur [2], deputatus sanxit eas non concedendas esse, antequam a lectorum uno consignatæ fuerint, exceptis autem licentiatorum testimonialibus, qui quidem non lectiones assequi astricti erant [3].

IV

De theologiæ facultate minus curat Curia, pauca parvaque hic agitantur : tirones et ad primum gradum bacchalariatus qui cursores vocantur, aspirantes, examinari debuerunt coram duobus aut tribus magistrorum juniorum de Bibliæ canonibus, tribus interpolatis diebus, unoquoque

1. Quondam discipulus professori quem audiebat, viginti et quinque solidos turonensium exsolvebat. Cf. Bourmont, 146.
2. De testimonialibus. Cf. Bourmont, 68.
3. *Id.* 143.

die horam unam. Et iterum « de examinandi vita et moribus » diligenter inquirendum est : quod vero novum est [1]. Quum plerique scholarium in hac facultate ad magisterii vel doctoratus honorem evehuntur, et quum sua solemniter *principia* faciunt [2] aut sua recipiunt insignia doctoratus, circa cibos, convivia et birra non mediocriter excedunt, Curia excessus hujusmodi compesci volens, decrevit ut « omnia convivia in actibus theologicalibus hactenus fieri consueta in posterum antiquarentur », duobus exceptis, prandio scilicet *principii*, quod frugale erit et moderatum, quatuor doctoribus solum invitandis, et convivio doctorali, quo facultatis doctores aliæque graves et honestæ personæ, arbitrio doctorandi diligendi, invitabuntur : « constabit splendide et magnifice absque luxu tamen et superfluo apparatu celebrabitur. » Præterea birrus viginti solidorum præsentabitur doctoribus in sacra pagina regentibus et aliis colendis et probandis viris, numerum octonarium non excedentibus [3]. Dein statuta quæ ad studiorum cursum pertinent, Curia firmat, et super continuatione et frequentia studii per tempus ordinatum exactissime servari statuta florentissimæ Universitatis Parisiensis jubet. Mendicantes et Cordigeri Facultati aggregati erunt, si inter quos erit aliquis doctor : sequens doctor subrogabitur.

Sicut jurium collegium, medicinæ facultas indigebat professoribus ; ut impleretur doctorum regentium numerus, duo e doctissimis licentiatis qui lectionum fungebantur munere invicem ad doctoratum promoti fuerunt. Ne autem arcerentur scholares, Curia concessit ut laxaretur veterum statutorum rigor, quæ nimis varia et inusitata essent : non

1. In veteribus statutis (*Matrol*, f° 165) a scholaribus solum assiduitas et juramentum petuntur istud. « Item quod estis aut creditis esse in et de legitimo matrimonio procreatus. »

2. *Principia* : id est lectio prima *sententiarii*. Bourmont, 152.

3. Confer hæc parva stipendia illis quæ e veteribus statutis exsolvi deberent in *Matrol*, quo vides longum paragraphum de birris et articulum istud : « Item jurabit doctorisandus se submittere omnimodo correctioni facultatis, si quid notabiliter in suo festo, tam in prandio quam aliis comperiatur deffectuosum. » Hæc statuta a Grandgousier scribi videntur. Studia ceterum non minus constabant in Parisiensi Universitate. Cf. Rami *Proœmium*.

gradus artium a tirone petetur, « moderanda erit lecturæ Viatici et Egidii de urinis necessitas ». Candidatos tamen qui in famata quavis Universitate per biennium in logicalibus aut philosophia opera dedissent[1], præcedente legitimo et rigoroso examine, ad salutiferæ artis rudimenta et graduum assumendorum honores admittendos Curia censuit. Sed, ut ab imperitiæ et præcipitationis discrimine, quæ in hac arte summopere cavenda est, tuta et immunis esset respublica, nullam dispensationem studii fieri voluit. Egebat tamen facultas scholaribus, Urbs medicis ; itaque per quinquennium illis qui ad hanc scientiam confluerant, mediam salarii statutarii remittendam Curia decrevit.

In decreto tamen Curiæ de superioribus facultatibus solum agitur; de artium facultate non curavisset Curia? Credamus vero potius hanc populosam facultatem non reformatione eguisse, et a 1500 anno ipsam fugisse hæc vitia quibus ceteræ facultates minuerentur. Ditissima erat facultatum quia populosa, ut vocatur in petitione deputato Curiæ præsentata, hoc 1521 anno. Vicesima enim die 7^{bris} mensis hujus facultatis magistri apud deputatum judicem querebantur de quibusdam sacerdotibus aut sacrificulis, ut aiebant, qui pueros docebant quanquam ignari, ut vix nomen a verbo discernere valerent, quod in dedecus et detrimentum facultatis verteretur. Postulabant regentes ne ultra Donatum illis sacerdotibus docere liceret; non dubitabant quin Curia quæstionem audiret ac apud Altitonantem se fusuros preces pro domini senatoris incolumi prosperitate, pollicebantur.

De minimis curant senator et Curia. Apud senatorem jurium facultatis scholastici querebantur quod matutine non cognoscerent num hora esset lectionis, horologio urbis non propinquo et regentibus lectiones incipientibus, hieme, sexta hora, post Paschalem festum, quinta. Magister Josse Godet, satisfacere juvenibus tam assiduis volens, horologium in scholis publicis statutum iri sanxit[2]: cui necessarium stipendium ut crearetur, prandii cui novi officiarii Universitatis veteres invitabant, impensam dedit

1. Ut hodie. P. C. N.
2. Ne credas istud hodie adhuc deesse, quod in 1521 anno creari statuitur.

cujus octo aut novem libras erant in manibus Petri de Lesnauderie ; de cetero exsolvendo medietatem ex ærario suo Universitas suppeditaret, alteram jurium collegium ; horologio expectante clepsydra cuique regenti in cathedra daretur [1].

VI

Curia prandia cœnasque quæ quondam, in qualibet occasione, jurisconsultos aut theologos delectabant, et frequentia examinum oneraria erant scholaribus, abolèverat ; quosdam autem ludos quos studentes in illo ævo diligebant, exterminat. Statutis autem nocturni incessus arcebantur, et frequentationes ludorum, palmæ, tapillorum et similium distrahentium a studio [2]. Quomodo riderent aliquando hi juvenes? Non poterant quoque die in scœnam baillivi legatum trahere. In prato urbis et fluminis propinquo ludebant, ubi incolæ ambulabant. Sed de illis ludis evaserunt aliquot pugnæ cum plebe, magnum et periculosum scandalum, quamvis Cadomus omnino ita scholaris urbs videretur[3]. Rectores decreverant prohibere ne omnes jurati et non jurati in pratis se immiscendo cum « vulgaribus » luderent aut communicarent[4]. Quid autem, quo modo scholarium animi distraherentur? In aliquibus collegiis musica interdicebatur. Prandia! heu! pluris constabant quam ut adamarent. Itaque multo delectabant quædam solemnia, in certis festis, sanctæ Catharinæ, sancti Nicolai, Regum feriis ; tum saltus erant in collegiis qui vocabantur Choreæ vel Tripudia, comœdiæ et scenæ quæ farsæ dicebantur. Illæ choreæ numerantur et describuntur ab historico Bourgueville. In quoque collegio,

1. « Minute de l'exécutoire. »

2. Statuta 1439, §§ 26, 27, 28, et 1457, §§ 18, 19, 20, Cf. Bourmont, 72.

3. Cauvet *(Le collège des droits,* 51*)* falso censuit nunquam notandas pugnas ortas esse inter burgenses et scholares quæ cujusque Universitatis vere hoc nomine dignæ historiam lustrent. Ex isto falso judicio oritur hæc falsa hujus venerabilis auctoris conclusio: « Faute de rixes, résultat naturel de la présence dans nos rues, d'une jeunesse turbulente et nombreuse adonnée à des mœurs étrangères » nostram Universitatem nunquam numerosam populosamque fuisse censuit ille scriptor.

4. *Concl.* I, f° 50.

Regum festum die præcedente, nonnulli regentes et scholares in urbis quadriviis, farsas agebant in carrucis aut equitati, quibus monerent et invitarent cives ut viderent, Regum feriis pomeridiana moralia et jocundas farsas in collegiis. Ipsa die Regum « se faisoyent des Montres que l'on appeloit Marolles[1] » Juvenes ex optimis generibus unum ex iis qui erat fabeæ rex præcedebant equitati ac bene vestiti, in diversis urbis ecclesiis ut missam audirent.

Sed Curia, quæ jam, « quia in commessationibus et ebrietatibus quæ mentis inducunt exilium et libidinis provocant incendium, non in cubilibus et impuditiciis nec in terra suaviter viventium invenitur scientia », prandiorum copiam vetuerat, ludis illis voluptuosis, « quorum occasione sub quadam curialitatis imagine, ad dissolutionis materiam devenitur », pariter interdixit, et pravas consuetudines, « quæ corruptelæ potius dicendæ sunt, » abrogandas et abolendas decrevit. Honestas tamen recreationes vigiliæ et diei Epiphaniæ non denegavit.

Præsertim collegium jurium Curia 1521 anni decreto reformaverat; in illis facultatibus et quoque in ceteris, vitia quæ in dedecus Universitatis vertebant, lædit. Veteres dein mores scholarium quæ medii ævi dona videbantur reprimere voluit. Universitas ceterum non ingrata fuit Curiæ et senatori Godet. Unus e professoribus Cadomi qui poeta erat, Dumus, carmen Josse Godet, suo condiscipulo misit quo aiebat:

Conscriptos inter patres, celeberrime consul,
Clarus es et cunctis anteferendus avis.....
Gloria gymnasii nunc cadomensis ades;
Felix nunc Cadomus pro te nunc gessit alumno,
Et normanna simul tota triumphat humus[2].

1. DE BRAS, *op. cit.*, p. 338.

2. Hoc carmen invenies in Epythomata grammaticæ. *Bibl. Nat.* Inv. 2080. Cf. Bibliogr.

CAPUT SECUNDUM

UNIVERSITAS ET RENOVATIO

«. ... Hæc celebris Academia innumeros in singulis artibus principes protulerat. »

J. Cahagnesius, *J. Baxellii oratio funebris*.

I. Universitas post reformationem 1521. — Artium facultate et Sylvano collegio, studia. — II. Nominationes et iter Francisci Primi ad Cadomum. Magna consilii sententia, 1533. — III. Prosperitas Universitatis; humanæ litteræ : græca et hebraica linguæ in Universitate cultæ.

I

Non solum gravis fuit a Curia reformatio facta, sed etiam efficax videtur fuisse. Ceterum Parlamentum Rothomagense operis sui eventui provisit. Annis sequentibus, dominus de Bassilly, « conseiller en la grande cour de Parlement à Rouen, et commissaire du Roi, notre sire, et de la dite Cour pour réformer l'Université de Caen et pour mettre ordre et police en icelle, » quum Cadomum iverat, e collegio doctorum juris Universitatis de numero bidellorum quæstionem recepit, et quoque quæstionem bidellorum ipsorum : in quibus dicebatur exercitationem augeri in facultatibus jurium a reformatione, et petebatur ut quatuor bidelli iterum in collegio instituerentur [1]. Quare apertum est a reformatione studia floruisse et numerum scholarium crevisse. Quod enim, inquit de Bras historicus Universitatis, qui tunc ibi scholaris erat : « Et à raison de cet ordre, lequel y fut bien gardé et maintenu, l'Université

1. Cf. Arch. Calv., D. 47, ed. Bénet, I, 78, et Arch. du Calv., D. *Collège des Droits* : in prima quæstione memorabatur, pactum factum XIV vel XV annis antea, id est fœdus 1508 anni ; ita in 1522 vel 1523 anno, Bassilly Cadomum venit.

fut rendue si fameuse que les Lecteurs et Escolliers y affluoyent de toutes nations. De façon que, outre les lectures ordinaires, il s'en faisoit d'extraordinaires en chambre, tant par un sieur Docteur de Toulouse, du pays d'Angoulesme, surnommé Deparpas [1]. » Idem historicus, ostendit tunc gradus conferri post examina gravia : « De ce temps-là, aucunz n'estoyent pourveuz au degré de Licence, sinon qu'il eust posé des Theses et conclusions, ou, pour le moins, faict certaines lectures, apres son degré de bachelier, ce qui donnoit occasion aux Escolliers de profiter aux lettres pour monter en si honnorables degrez [2] ». Dixit quoque quo modo honores judiciarios percurrentes vel patroni facti posterius successerint quidam magistri juvenes hujus temporis. Numerosi ceterum sunt scholares : testes sunt quoque *Rectoriæ* : anno 1524, rectore magistro Reginaldo Maxiano, trecenti triginta tres scholares juraverunt [3].

Præsertim tunc in nostra Universitate litterarum studium viguisse videtur. Notandum est de facultate Artium non curavisse Curiam : quæ facultas enim erat frequentissima Sine dubio, reformationis decretum regale quibusdam vitiis collegiorum alluserat, sed mores quosdam veteres reformari Curia voluerat : de studiis ipsis non locuta erat ; quæ enim prospera quidem jam hac ætate videntur fuisse, ante reformationem ipsam. Audiamus adhuc de Bras : « Il y avoit pour lors [4] un si grand nombre de Doctes regens et Escolliers en ceste Université, qu'au temps des graduations qui se faisoyent des maitres aux Arts, la sepmaine de la Passion... j'en ay vu faire en ce temps-là, en divers jours cinquante ou soixante, et jusques à quatre vingt par an. »

Quæ facultas Artium alumna Universitatis tunc videtur. Scholares qui Intrantes vocabantur, ait historicus, « passez maistres aux arts, ès Escolles publiques, où l'on

1. DE BRAS, *op. cit.*, 345. DE BRAS Cadomum reliquit solum anno 1521, ut Universitates Andegavensem et Pictavensem peteret.

2. Ibid.

3. *Rectories*, II, 39, Arch. dép., D. 90.

4. DE BRAS, loquitur de ipsis studiis grammaticæ, quæ perfecit in Sylvano collegio annis 1517, 1518, 1519 (p. 335-339).

presentoit des bonnets, comme estant lesdits Escolliers faicts Docteurs et maistres aux Arts, » aut in aliis Facultatibus studia prosequebantur, aut in facultate Artium et in ejus numerosis collegiis docebant. « J'ay memoire, ait adhuc de Bras, que, audict temps, y avoit grand nombre de collèges et de gens sçavans, lesquels instruysoyent la jeunesse en toutes facultez : assavoir aux collèges du Bois, des Arts, Bouet, du Mont, au cartier de l'Université ; le Cloutier, Avoyne, et de la Couronne près sainct Jean[1]. »

Ex his collegiis unum hoc tempore et per primam medietatem sæculi præstantissimum fuisse videtur, quod Sylvanum dicebatur[2] ; e quo enim orti sunt plures inter clarissimos professores qui tunc Universitatem lustrarunt : Johannes Rogier in medicinæ facultate professor, Guillelmus Ratus, theologus doctissimus : ibi docuerunt Mr Petrus de Pratis et Guillelmus Monachus, celeberrimi doctores. Cujus fuerunt principales hoc tempore Reginaldus Maxianus, curatus de Grengues, post David Jorrius Condetanus Subviriacus, doctus grammaticus, dein famosus Michaelis Natalis, deinde Reginaldus Heraldus. Quod collegium fuit sine dubio, Renovationis cunabulum in Universitate Cadomensi Hoc recens collegium ita laudatum est a de Bras : « Et depuis es annees mil cinq cents dix sept, dix huict et dix neuf je continuay mes estudes de grammaire au college du Bois duquel estoit principal maistre Regnaud Maxienne, curé de Grengues et depuis chanoine au Sepulchre. Il avoit soubz luy de Doctes régents : assavoir maistre Pierre Després, autrement de Pratis, du village de Meulles, diocèse de Lisieux, lequel fut depuis docteur en Theologie et si grand Prédicateur, que feu Monsieur de Lisieux, Cardinal le Veneur, le fist son grand vicaire, Jean Goubez de la Tillaye,

1. DE BRAS, *op. cit.*, 337. E quibus quatuor solum per sæculum duravere « du Bois, des Arts, du Mont et du Cloutier. » Collegium Bouet, medio sæculo, Sylvano junctum fuit. De ceteris nihil scimus. Cf. de la Rue et Huet.

2. De archivis collegii nihil habet Archivum Calv., D. Colleges, ante Reginaldi Heraldi ministerium : quæ documenta ad quosdam redditus collegii in 1553 anno spectant. Quæ de hoc collegio dixi inveni in de Bras, aut in numerosis operibus nunc editis, in quibus litteræ professorum hujus collegii continentur. (De originibus, in anno 1491.) Cf. Bourmont, 171, sqq.

excellent Poete qui lisoit et instruisoit publiquement de grec, Guillaume le Moyne, grand Physicien et Philosophe, Jean Auvray Arcien, Thomas Basire, grammairien [1]. » Ita non solum philosophiam, litteras, grammaticam bene docebantur scholares in illo collegio, primis annis XVI sæculi, a professoribus quorum plures opera tunc celebria reliquerunt, sed et græcam linguam jam ediscebant, imo hujus sermonis professor publice legebat: quo jam videmus Cadomensium civium aut scholarium professorumque mentem avidum bonæ novæque doctrinæ. Decem ante annis quam instituti fuerant Parisiis a Francisco rege regales lectores, qui publice docuerunt, Cadomi græca lingua colebatur, et ut Parisiis, in collegio lectores docebant.

Ceterum, hoc tempore, litteræ florebant in Universitate; nam pluria opera tunc a typographis Universitatis impressa fuerunt, quibus ostenditur quantum professores curarent ut latini auctores in manibus scholarium ponerentur, et quoque grammatica opera « epithomata verborum » et opera inclytorum doctorum exterarum regionum in quibus Renovatio vigebat, Italiæ, Germaniæ, Bataviæ.

Cadomus septima urbs Franciæ fuit quæ typographos habuerit: 1480 anno, primum opus videtur Cadomi impressum fuisse. Sed 1492 solum, librarius Universitatis, Petrus Regnaldus, qui in Frigida via habitabat, opera ibi vendidit quæ Rothomagi excussa erant; sexaginta volumina ex ejus ædibus egressa fuerunt a 1492 ad 1518: grammaticæ litterarum antiquitatis vel medii ævi philosophiæ, theologiæ, jurisprudentiæ et medicinæ. Præterea alius librarius Universitatis, Robertus Macé, qui juxta Sancti Petri cœme-

1. DE BRAS, 336. — De hoc Johanne Goubey, qui sine dubio primus græcam linguam docuerit in Universitate Cadomensi quædam invenimus in *Concl. II*, 48. 1516 anno, Rectore Radulpho Adelino, a Nicolao le Masson, in sacra pagina doctore, Johannes Goubey accusatus est quod scripsisset domino de Tourville litteras, quibus irrideret professores quosdam, Universitatis suppositos. « Mgr, aiebat, le principal du collège Bouet et son régent sçavent autant de latin l'un comme l'aultre, car ils ne sçauraient dire en bon latin: « je suis venu au Pontheaudemer ce matin; par quoy ne perdez vostre enfant, ne sa jeunesse, ne son argent. » Nicolaus le Masson, quam essent stricta examina in Facultate Theologiæ, qua iste principalis, Guillelmus du Chesnay licentiam meritus erat, invocabat. Johannes Goubey tamen ex Universitate non fuit expulsus: juramentum præstitit in 1517 et 1519 anno. (*Concl.* II, f° 59, 78.)

terium libros suos venditabat, juvenem Michaelem Angier domi habebat, qui, anno 1508, librariam juxta pontem Sancti Petri instituit, et typographum celebrem peritumque Laurentium Hostingue, in domum suam vocavit. Anno sequenti, professor Universitatis, Guillelmus Gueroldus, qui de plantis opera antiquiora ediderat, ostendebat quam utiles Universitati hi novi operarii essent [1].

Tunc venduntur Cadomi vel excutiuntur numerosa opera : notemus Æsopi fabulas cum commento, Catonem cum commento, Artem poeticam et Horatii epistolas, Senecæ tractatum quemdam, Terentii comœdias, Ovidii Metamorphoses, Virgilii opera, et inter auctores Renovationis, Erasmi Adagia, Laurentii Vallæ « de Amore », quædam carmina latina medii ævi tunc celebria, Facetum, Floretum, cujus plures editiones fuerunt ; grammatica opera ant collectiones verborum et latinorum constructionum : Dati « Elegantiarum præcepta », Donati « expositionem », Despauterii contextus grammaticæ artis, Juvenalis Guidonis « In latine linguæ elegantias », Nicolai Perrotti « grammatica », Pontani Petri « De introductione artis grammaticæ » ; dein professorum Cadomensis Universitatis opera, Rob Dumus Epithomata grammatice, et Monachi Guillelmi epithoma vocabulorum, quæ ter impressa fuerunt [2]. Notemus adhuc quantum Boetio tunc faverent professores Universitatis, cujus *De consolatione philosophica* opus nonas editiones tunc habuit Cadomi vel Rothomagi. De his libris, historicus doctissimus juste dixit : « N'attestent-ils pas l'activité littéraire qui régnait dès lors dans notre Université ? » Actuosam enim professorum industriam probant, et idem auctor adhuc dixit : « D'après le nombre et la nature des ouvrages qu'on imprimait pour les écoliers, on entrevoit jusqu'à quel degré de raffinement étaient poussées les leçons de grammaire et de dialectique ; on constate la vogue étonnante dont jouissaient les poètes du siècle d'Auguste » [3]. Et addam : notandum est, inter hos magistros qui carmi-

1. Delisle, *op. cit.*, p. 8 et 13.

2. Delisle, *op. cit.*, « Liste des livres imprimés ou publiés à Caen, de 1480 à 1550. » Ibid., 32-46, ab ordine alphabetico.

3. Delisle, *op. cit.*, p. 23.

nibus epistolisque latinis tam perite eleganterque scriptis eminuerint, præsertim præstitisse hos qui in collegio Sylvano docebant vel docebantur; ita, anno 1523, in P. Fausti Andrelini Hecatodistichon litteras scripsit Joannes Rogerius Corneriacus, suo amico Guillelmo Rato, datas in museo Sylvano 7° kal. octobris. Michaelem Angier vocat « hujusce Cadomi Lutecie archetypum diligentissimum »[1]. Quare, ne huic David Jorrio Condetano Subviriaco credas, famoso principali ejusdem Sylvani collegii, qui, quum anno 1529 Guillelmo Monacho, qui Epithoma vocabulorum ediderat, scriberet, de barbarie Cadomensium civium querebatur, quæ ceterum, temporibus quæ reformationem Universitatis antecesserant, eo auctore exstitisset. « Quanta barbarie, exclamat, deum immortalem, nostra Cadomensis academia squalebat ! Emorier, si quid Latinum exosculabatur. Nunc apud tum Britannos, tum Germanos bonæ litteræ florent, apud nos vero quis latinus? »[2]. In his querelis mentem professoris tristiorem videamus. Profecto Renovatio claruit post Reformationem Curiæ, sed in Facultate artium, e collegio Sylvano antea orta erat, unde in totum corpus Universitatis diffluxit.

Strepentes joci quibus interdixerat Curia, tunc litteratis religiosisque ludis cesserunt. Illo tempore, nata est hæc famosa institutio quam Palinodum vocant. Non solum fuit carminum certamen in Virginis matris honorem, quæ in Cordigerorum ecclesia celebrabatur, sed etiam nova quædam confraternitas, ut caritatis conventio inter Universitatis suppositos. Congregationes necessariæ, ut statuta approbarentur, habitæ fuerunt, ter mense octobri 1527 et martio 1528[3]; obstantibus semper religiosis Cordigeris theologis[4].

1. Cf. Bibliogr.

2. Epithoma vocabulorum.

3. Concl. II, f° 139. Ita stricte secuta sunt statuta generalia (art. XL°), quo jussum est : « quod nulla conclusio vel decisio Universitatis transeat in vim statuti nisi fuerit per tres congregationes solemnes concorditer conclusa et confirmata. » (Bourmont, 298.) In quaque facultate capti sunt sensus et a decanis conclusa est facultatis sententia, rectorque e majoris partis facultatum sententia concludit.

4. Cordigeri cum Universitate juncti erant stricte fortiterque. In eorum

Hoc tamen ævo, Universitas de nominationibus agitatur : contemnebant enim litteras regales 1518 anni prælati Normanniæ et candidatis Universitatis nominationes negabant [1]. Rectore Guillelmo Rato, novembris mensis quinto decimo die 1528 anni deputatos Trium Ordinum Normanniæ ad conventum misit, qui auxilium eorum in illo bello civili peterent [2]. Normanniæ ordines enim subsidiis suis erigendæ Universitati contribuerant : ita patroni a suppositis, quum prosecuti essent diversas querelas coram Rothomagensi Curia habebantur. Sed 16 junii mensis 1527 et 9 augusti 1528, litteræ regales Curiam Normanniæ de re judicare vetuerant, episcopis hos judices suspicantibus [3].

Universitas autem petiverat a Magno Regis Consilio ut rem judicaret, quam enim illa curia retinuit 15 novembris 1530 judicio. Privilegia, quæ Pontifices Regesque ei tribuerant, Universitas invocans, jura illis æqua quibus ceteræ Universitates fruebantur et confirmationem juris scholarium beneficiis proponendorum petebat. Normanniæ vero prælati defensores, conclusiones petentium ineptas, impertinentes et inciviles habebant, dicentes sancta decreta et pacta quæ Concordata nominarentur « Pragmaticæ Sanctioni » successisse quæ nunquam in Normannia recepta fuisset ; Pragmatica Sanctione valente, nunquam nominationes et insinuationes a se acceptas esse : quod fœdus ceterum se non approbavisse, quum ad concilium

cœnobio fiebant generales congregationes Universitatis ; ibi erat conservatoris parquetum, ibi pro reddendis computis congregatio, ibi facultatis artium chartæ, ibi celebrabatur quotannis Sancti Lucii missa pro medicorum gratia, ibi habebantur solemnia acta Theologiæ facultatis. Cf. Bourmont, 69, 85, 87, 92, 124, 128, et Pépin, *Notice sur Saint-Julien*, p. 73. Patris Martini ad Huet episcopum litteras, 21 février 1699, et « *Remarques touchant le couvent des religieux Cordeliers de Caen, du Père Martin*, 1698, » quas edidit A. Gasté, in *Ann. Fac. Lettres de Caen*, 1, 1885. 1527 anno novæ contentiones turbabant fœdus quod 1482 anno conclusum erat inter Universitatem Cordigerosque. Religiosi excommunicatum vocaverunt conservatorem Universitatis, Magistrum Castellanum le Cordier. (*Concl.* II, f° 139.)

1. Requête de l'Université au Grand Conseil. (*Arch. Calv.*, D. 147.)

2. *Concl.*, II, f° 148. Deputati fuerunt Castellanus le Cordier et Franciscus Cabart et Dionysius Regnault, licentiatus in legibus, urbis Cadomi oratores.

3. *Arch. Calv.*, D. 150.

Bituricense quo factum erat, non vocati essent, quod si vocati essent, nunquam se ecclesias Normanniæ, quibus essent satis multi patroni. quum laïci tum ecclesiastici, qui plus quam medietati beneficiorum nominandos proponerent, nominationibus et insinuationibus novis gravari consensuros fuisse [1]. Respondebat vero Universitas : Basileæ concilium generale œcumenicum fuisse, Pragmaticam Sanctionem in Concilio Bituricensi a Gallica tota ecclesia receptam fuisse. nullo modo exceptis Normanniæ episcopis, et Concordata in toto regno prosequenda esse.

Tunc pugnandi rationem mutantes prælati, ut causam tuerentur, jura provinciæ Normanniæ invocabant : « le royaume de France et le païs de Dauphiné expressément désignés y étoient compris, et non le pays de Normandie, qui, de toute ancienneté, avoit eu duc et gouverneur, et forme une province distincte, et séparée du corps primordial du royaume ; que la Normandie a ses privilèges qu'on gardait jusqu'à l'extrémité comme la Charte normande [2] ; que les dites constitutions n'y ont pas été reçues, mais qu'il y a coutume immémoriale prescripte, par laquelle les bénéfices ont été conférés par les ordinaires collateurs sans avoir égard aux constitutions de la Pragmatique et du Concordat. »

Sic involvebat se semper implicando hoc negotium, quum, anno 1532, Rex Franciscus Primus Cadomum venit, cum delphino Francisco. 26 dei mensis martii Rector Johannes Roger Corneriacus in artibus medicinaque doctor *deputatos* convocavit; quo concilio de processionis Universitatis ordine quum ad Regem irent, actum est. Secundo aprilis die, delphinus primo receptus est a rectore et tota Universitate ad Milletas fores. Postridie Universitas cum omnibus aliis judicibus, gubernatoribusque Cadomi ad Regem processit, post clericos incedens [3]. Apud Milletas

1. Arch. Calv. D. 150.

2. Charta normanna fuit sæpe edita et confirmata : 19 mars 1314, *Recueil des Ordonnances*, I, 551 ;—30 juillet 1315, I, 587; — 2 avril 1458, XIV, 464 ;— 29 mai 1459, XIV, 476 ; — 4 janvier 1461, XV, 303. Nihil in his chartis video quo justificentur argumenta episcoporum.

3. DE BRAS, *op. cit.*, 155. « Et après, inquit, marchoyent en honneste contenance vingt quatre bedeaux en accoustremens de noir et bourrelets, portant leurs maces d'argent devant Monsieur le Recteur d'icelle Univer-

autem fores, rector sermonem iniit « bracteato dicendi proluvio. Audita autem domini rectoralis oratiuncula, quam harangam vocant, Rex gestiens, benigna, læta, hilari ac jucundiore fronte, in hæc verba erupit : « Messieurs, vous soyez les très bien trouvez, j'ai tousjours heu bonne réputation de vous et ay encore de présent meilleure. Profitez et estudiés, vous ne me sçauriez faire plus grand plaisir ; j'orrey votre fils quand il vous plaira » [1].

Dein Rex Theatrum forium Milletarum iniit, « et y fut entré et reçeu des sieurs Gouverneurs de la ville ». Sed juxta Sancti Johannis ecclesiam, invenit « un autre magnifique spectacle et theastre sur lequel estoit représenté un beau et plaisant jardin, au mitan duquel estoit eslevee une somptueuse fontaine qui continuellement jettoit eauë contremont par cinq tuyaux argentez qui servoyent pour arroser ce jardin, de sorte que par la liqueur d'icelle croissoyent et fructifioyent de beaux petits arbres portants plusieurs especes de fruits, à l'aide d'une belle jeune fille vestue de damas changeant, représentant Pallas ou Minerve, laquelle, lorsque le Roy jetta sa veuë sur ce spectacle, elle luy montra un bon nombre d'estudians qui se délectoyent à cultiver ce jardin, soubs espoir d'en avoir le fruict, à quoy ils estoient empeschez par aucuns prélats. » Apologum autem intelligis. « Lequel theastre, inquit de Bras, avait été dressé pour monstrer à S. M. qu'en sa dicte ville de Caen, y avoit Université bien dottée de previlleges et de cinq facultez représentées par lesdicts cinq tuyaux de la fontaine. Toutesfois et que les estudians y profittent, ils n'en peuvent avoir le fruict... y estans empeschez par les Prélats de Normandie [2] ». Quo subtili apologo, ut in urbem ingrediebatur, Patris litterarum animum Universitas intendebat ad negotium cum Prælatis habitum. Dum Rex Cadomi mansit, nullum modum neglexit ut hoc negotium regi proponeret.

sité, vestu d'escarlate rouge, avecques sa chappe rectorale, suyvis par les Doyens et Docteurs de Théologie, Droits Canon et Civil, Médecine et les Arts, avecques leurs chappes Doctorales et Magistrales suyvis par cinq ou six cents escoliers en leur ordre. » Quem numerum justum habemus ; nam, præter juratos, non jurati, collegiorum discipuli, numerari debent.

1. *Concl.*, II, f° 177.

2. DE BRAS, *op. cit.*, 356.

In haranga sua, Rector a Rege quæsiverat quando Universitatis oratorem reciperet. Rex responderat se filium Universitatis auditurum, quando ei liberet. Veneris die sequente, decima matutina hora, rector, decani, doctoresque insignibus doctoralibus decorati, alii plurimi viri, licentiati et baccalaurei et facultatis etiam artium regentes in cœnobium divi Stephani, ubi rex fecerat prandium et missam audiverat, profecti sunt; ad horam usque duodecimam Regem, undique negotiis implicitum, miro silentio exspectarunt. Tandem, cum Rex, jam ocreatus, una cum suis aulicis aucupatum et venatum profecturus esset, « nos omnes, ait Rectoris relatio, deflexis genibus, quam potuimus humillime, ipsum salutavimus; is autem cui orandi onus incumbebat, egregius scilicet Magister noster Ratus, tornata ac bracteata Demosthenis facundia, Pliniana gravitate, Ciceroniano dicendi profluvio intrepidus, uno quasi spiritu, velut alter Milo Crotoniates, (Rege ac omnibus præsentibus purgatissimis ac attentissimis auribus, stando etiam miro silentio, audientibus) peroravit [1]. Ubi autem dicendi finem fecit, Rex ait : « Messieurs, vous me demandez II choses, c'est justice et liberalitey : de justice, je la vous doibz et ne veux seulement vous faire justice, mais liberalitey et gratuitey et accroystre votz privilèges et libertes et non diminuer [2]. » Franciscus quidem regalem sermonem locutus est breviter, simpliciter, cum dignitate benovolentiaque ; in quo, ut in illo apud fores Milletas dicto regalis amœnitas lucet, tam jucunda quam ipsius Henrici Quarti stylus. Universitati autem inimici tenaces obstabant, ex his quidem e gremio ejus, ut ita dicam, unus egressus erat, qui illos lædebat qui ei tuéndi erant, ut quondam conservator regius, Bureau

1. De quo sermone dixit de Bras : « Auquel lieu nostre maistre Guillaume le Rat lui fist une singulière oraison *en françois*, fulcye par grande eloquence d'histoires, fort bien appropriée à la personne du Roy, dont il fut moult joyeux et content. » (DE BRAS, *op. cit.*, 173.) — Secundum DE LA RUE, *Essais historiques*, I, 260, Guillelmus Ratus, qui in Aula prædicabat hoc anno, curatus Sancti Johannis parrochiæ fuerat, auctor esset « *de Sanguine Christi sacrosanto* » tractatus. Rothomagi, in 8°, 1541. Ediderat enim Ratus Lanfranci celebris Cantuariensis archiepiscopi tractatum *De transubstantione*. Rothomagi, in-8°, 1540 (quod forsan de la Rue originale opus credidit). — Cf. de Rato, Frère, II, 148 et 218.

2. *Concl.* II, f° 177.

baillivus. Nunc certandum est Universitati cum apostolicali conservatore, Lexoviensi episcopo, Johanni le Veneur, qui simul erat prælatorum Normanniæ syndicus in Universitatem fœderatorum. In hoc eventu, meminit episcopus se conservatorem apostolicalem Universitatis, sed quoque et potius episcoporum syndicum esse. Genua autem flectens : « Sire, je vous pry, inquit, comme conservateur de leur Université, les entretenir en leurs libertez et privileges accoutumes, et n'estoiyt vous, Syre, qui estez nostre protecteur, nous ne sçaurions jouir de notz eglises ; mais, Syre, jamais ilz ne jouyrent des bénéfices qu'ils demandent » Cui Rex contra : « Je veul, inquit, ce que vous et lez autrez aveys usurpés sur eulx que vous leur rendez. Il m'a dict, luy, (oratorem ostendens), que ceste Université ha telz privileges comme mez aultres Universiteys, je veul qu'elle en jouysse ; et baillez (ait Rex Universitati) votre requeste par escript au legat et qu'il vous despesche. » Sed Cadomensis Universitas, ut semper, patronos invenerat in aula inter cognitos domesticos consiliariosque ac ministros Regis. « Cum autem rursum conaretur loqui idem episcopus, dixit Regi dominus præfectus marinus (quem admiraldum vocant), cui nomen est Philippus Chabot, qui ardenti et maximo zelo favebat et continuo favet toti Universitati et civitati. (Hunc Fata Divi servent incolumem!) « Syre, si veulles l'escoulter (ostendens præfatum episcopum), il vous tiendra encore d'icy à une heure [1]. »

Postea Rex per deambulatorium progrediens, ab admiraldo quæsivit « quisnam esset iste orator qui tam expedite ac facunde loquebatur ». Quum autem ei admi-

1. Philippus Chabot Admiraldus, unus e tribus consiliaribus principalibus Regis, reformationi religiosæ potissimum favebat ; du Prat autem, cancellarius regni, archiepiscopus Senonensis et apostolicalis legatus, catholicam fidem tutabatur. Montmorenciacus autem, comes stabuli, uni et alteri parti favens, utrumque regere vellet. In curia vero præstabant, illo tempore quo Rex Franciscus Cadomum venit, reformationis ac rerum novarum fautores, Navarriæ regina, Admiraldus et Bellaius Johannes episcopus, qui omnes Cadomi erant eodem die quo Rex ingressus est. Du Prat Cadomum venit Jovis die præcedente audientiam a Rege Universitati datam, et Comes stabuli, e Chantilliaco veniens, in urbem venit duobus ante diebus solum quam rex in Britanniæ ducatum proficisceretur. — Decrue, *Anne de Montmorency..... à la cour..... du roi François Ier*. Paris, in-8°, 1885, qui ceterum de hoc itinere Comitis stabulorum non loquitur.

raldus respondisset, illum esse doctorem in sacra pagina, qui Parisiis, præsente Domina Regina, quondam prædicabat, in aulam Rex regressus, in qua professores, ut periti qui pretium temporis cognoscebant, cum aulicis aliquibus de suis negotiis loquebantur, alta voce dixit : « Nostre Maistre le Rat, j'entends que aveys de bonne doctrine ; foy de gentilhomme, vous prescherez dymenche devant moi, en la mode de court, bref [1]. » Postea Rex venatum profectus est.

Franciscus autem solum amœnum verbum enuntiabat, ut per itinera Principes libenter loquuntur. Sed in aula, multi erant qui Universitati Cadomensi faverent bono quidem animo. De quo certiores facti sumus a Rectore, qui episcopum Bellaium maxime a Rege cognitum narrat per prandium quod audientiam antecedebat, de Universitate sic locutum esse : « quod præstabat Universitati Parisiensi », et Rector curatissime addit : « Et hoc mihi et aliis doctoribus retulit generosissimus vir dominus de Hotot, pistor regius, qui cum aulicis mira et incredibili benevolentia nobis favebat, maxime prætor Cadomensis, quem baillivum vocant, dominus d'Allegre et similiter dominus vicecomes Cadomensis, cui nomen est de Beuvron » [2]. Ita seu litteris delectari videri volebant, seu Universitati quæ cum episcopis pugnabat, favebant, seu male erga Universitatem Parisiensem animati erant, æmulam Cadomensem laudabant aulici.

Cancellarius autem, reverentissimus dominus Anthonius a Prato, legatus a latere et Senonensis archiepiscopus, ad quem Rex, Sancti Stephani cœnobio eam recipiens, Universitatem dimiserat, postridie Universitatem recepit. Rector oratiuncula quadam eum salutavit ; qua audita respondit : « Audivi orationem vestram elegantissimam, fratres amantissimi, talem qualem ego non possem facere extemporaneam. Orator vester scit quid dixerim illi apud

1. Ratus etenim dominica die sequente, in Sancti Georgi ecclesia, sita in Castello, prædicavit coram Rege, quem omnino delectavit ; et, quum Admiraldus oratorem Regi ut salutaret ostendebat : « Nostre Maistre, ait Rex, je vous remercye, vous m'avoys bien contenté ; vous m'avez contenté à double, nostre Maistre, je vous remercie. » (*Concl., loc. cit.*)

2. Messire Gabriel, sieur et baron d'Allegre, chevallier et gentilhomme de la Chambre du Roy, Bailly de Caen. (De Bras, 175).

Rothomagum ; ego loquar apud Regem et quoscumque alios pro vobis : habebitis id quod petitis. »

Universitas igitur causam vicerat in Litterarum Patris prætorio : « Le bien qui s'ensuivyt de ces harengues et remonstrances, inquit de Bras, fut tel que, en l'an 1533, le vingt et sixiesme jour de Mars, fut donné arrest au Grand Conseil tenu, par lequel fut dict au préjudice des sieurs Evesques et Prelats de Normandie, que les supposts, Docteurs, Régents et estudians de ceste Université jouyroyent de l'effet des nominations, privileges et libertez, à eux attribuees par les saincts decretz, pracmatique sanction, comme estant comprinz en iceux tant ainsi qu'en jouissent les supposts des Universitez de Paris, Toulouze, Orleans, Poitiers, Angiers et autres de ce royaume [1]. » Concluserat enimvero procurator generalis Universitatem Cadomensem in concilia vocatam fuisse ut ceteras et iisdem privilegiis fruituram, Normanniæ provinciæ privilegiis excerpta argumenta denegans, professus erat Concordatum ad regnum totum, nulla exceptione facta, pertinere.[2] Ita decreverat Curia Magna Regalis. « Qui est, ait historicus noster, un arrest fort notable de grand poids et consequence pour les supposts de ceste Université, pour les exciter de si bien profiter aux lettres qu'ils remportent honneste premiation de leurs labeurs. » Graduatis enim hæ nominationes reservandæ erant : « Et pour ce que tous n'entendent pas, quel effet et en quoy consistent telles nominations, addit idem de Bras, je les adverty qu'ils consistent à faire insinuer par les Docteurs, Régents et supposts, en certains mois de l'an aux Prélats de Normandie, qu'ils ayent à les pourvoir, en faveur de leurs estudes, à des bénéfices, lorsque ils vacqueront » [3]. Curiæ sententia, igitur ut quondam Henricus Sextus, scholares proponi per sex menses quotannis ab Universitate (quæ cum Rege jus invicem per duos menses exercebat), jusserat, præsentationis jus scholaribus tribuebat [4]. Scholares

1. DE BRAS..... 357.
2. *Matrolog.*, f°s 227-234.
3. DE BRAS... 358.
4. De modo quo proponendorum scholarium nomina inscribenda sunt. Cf. Bourmont, p. 47 et pièces justif., XIV.

autem nunc certiores facti de cursu Honorum persequendo beneficiisque obtinendis, quod de Bras vocat laborum honestum præmium, numerosiores in Universitatem Cadomensem concurrerunt.

III

Post Francisci primi iter et 1533 anni sententiam, prosperi et quietes anni profluunt, de quibus de Bras ita locutus est : « Je ne me suis recordé depuis ce temps là qu'il soit advenu en ladite Université acte mémorable jusqu'en l'an 1556 [1] ». Universitas igitur læta erat, ut populi quibus nulla fuit historia. In Rectoriarum voluminibus numerantur juramenta numerosa : per Roberti Goullet dictaturam, 1533 anno, trecentes et tredecim scholares pro usu privilegiorum juraverunt. Anno 1538, juraverunt sexcenti viginti quatuor scholares, quorum unus ex Anglia ex Oxfordi universitate venit [2].

Non solum muneribus regis Francisci, ad Cadomum scholares vocatos fuisse, sed etiam in his annis illos Cadomum quæsivisse nova studia doctos peritioresque magistros et humanarum litterarum fortem disciplinam profiteamur. Indicia enim certa sunt e quibus intelligitur Renovationis spiritum tam in Universitate Cadomensi quam in Urbe ipsa tunc flavisse. In collegiis enim antiquæ linguæ nunc bene discuntur. 1532 anno, rectore doctissimo Johanne Drosæo, aliquot mensibus ante Francisci primi iter, institutio classium, « instar Parisiensium, » ut aiebant, in Universitate constituta erat : primarii collegiorum ut haberent numerosiores regentes, eos aluerunt et juraverunt singulis annis « ultra consuetos articulos se facturos examinari per suos regentes præfatos discipulos bis in anno, ac eos per se commissuros classi ad quam noverint magis idoneos [3]. » Ita examinationes quas transitorias vocaremus, juramento principalium in Universitate tunc habentur.

1. De Bras, *op. cit.*, p. 360.
2. *Rectories*, II, fos 103 et 126.
3. *Rectories*, II, f° 97.

Posterius ceterum prospera videntur fuisse collegia. Vetus historicus qui quondam discipulus Sylvani collegii fuerat, suo collegio retulit omnia quæ tunc bona pulchraque erant in Universitate; de Michaelis Natali morte in 1546 ita loquitur : « Il avait été pour un long temps Principal du collège Bouet et depuis du collège du Bois, auquel il avait commencé un meilleur exercice qu'on y eut encore veu. Et y entretenait dix Régents dont troys faisoyent lectures publiques d'Hébreu, Grec et la Mathématique [1]... » Hanc novam doctrinam notemus : mathematica docere non ut philosophiæ contingentia et per Aristotelis libros, quod in Universitatibus omnibus medio ævo fiebat, novum profecto studium est.

Notandum adhuc est has lectiones publicas esse; ibi, ut anno 1519, non agitur quidem de collegii discipulis reservata doctrina, sed de publica in collegio quidem data, præter solitas doctrinas Universitatis, illa tamen consentiente [2].

Sed hæc prosperitas Sylvani collegii in 1546 anno, recens erat. Si illud collegium vere inclytum fuerat, sæculo incipiente quum illustribus magistris ornatum erat, si cunabula Renovationis in Universitate id vocare potuimus, si David Jorrius Condetanus Subviriacus, unus e celeberrimis professoribus hujus temporis, ad 1531 annum ibi grammaticam docuerat [3], observare est huic collegio ruinam impendere, annis ipsis præcedentibus, 1543 videlicet Nicolao Porcario rectore. [4] Laudes quas de Bras tribuit collegio Sylvano, melius meretur collegium Boeticum, quod quidem, ut ipse dixit, junctum est collegio Sylvano a Michaele Natali principali, qui antea collegio Boetico præerat [5]. In quo enim docebat 1535 anno Andreas Ferminus Cieffrevil-

1. De Bras, p. 359 : « du nombre desquels Regens estoyent maistre Philippe Mustel, bon Hebrieu, professeur en Theologie, Pierre le Neuf, Grec, Jean Bertaut, Chiffreville, Beauvillet, le Villain, Chambourc maistre Enguerran et autres. »

2. Parisiis, lectiones regales a Francisco Primo institutæ, in collegiis habebantur, Universitate vero invita. Lefranc, *Le Collège de France*, 109.

3. *Concl.*, II, f° 164.

4. Ibid., f° 239.

5. Videmus Michaelem Natalem principalem fuisse hujus collegii in 1540-41, quum ille rector fuit, sed sine dubio antea principalis erat.

leus. Trilingue vocabat Tanigius Sorin, unus ex inclytis scholaribus Universitatis, posterius professor in collegio jurium et consiliarius præsidiali sede, in litteris ad Guillelmum Ratum, *doctorem theologum doctissimum* missis[1], hoc collegium Boeticum, videlicet sine dubio triplici doctrina hebraicæ, græcæ, latinæque linguæ præditum[3].

Non solum tamen vigebat hoc collegium Boeticum; collegium quoque Montanum tunc prosperum fuit, cui præfuit Castellanus le Cordier, in quo posterius docuit Ægidius de Housteville, auctor *litterarum, syllabarum carminumque rationis.*

Deinde collegium Artium ipsum, sine dubio resurrexit ad 1535 annum; nam in *Summula Raymundi*, quam antea locutis umus, legimus litteras Johannis Villani « e pluteolo nostro in collegio artium,» missas Petro Auvray, «cæsarei juris licentia meritissimo donato, Athenæi artium *recens nati* archididascalo vigilantissimo[2]. »

Ita, ab anno 1533 ad 1546, florebant fere omnia collegia Universitatis, inter quæ præcellebat sine dubio collegium, Boeticum, quod posterius lumen Sylvano collegio tradidit quod forsan ex eo receperat Breve fuit ministerium Michaelis Natalis in collegio Sylvano; quum illi ab anno 1544 præfuerat, 1546 anno mortuus est. Ille tamen sine dubio meritus est laudes historici nostri, qui eum vocat « homme rare, bien zélé et amateur de doctrine ». Nam in collegium suum adduxerat fere omnes inclytos professores hujus temporis, Villanum quem indicat de Bras, quem eripuerat Michael Natalis ex Artium collegio[4].

1. *Summula Raymundi de sacramentis.* Cad. 1535, 8°.

2. De illo Boetico collegio, de la Rue, *Essais historiques sur la ville de Caen.* I, 198, dixit: « C'était dans la rue des Croisiers, et en face de leur église, qu'était situé le collège Bouet, ainsi appelé de Jean Bouet, professeur ès arts en 1441, recteur de l'Université en 1470, et mort grand pénitencier du diocèse de Lisieux en 1481... » De la Rue falso dixit, hoc collegium Bouet ad annum 1545 duravisse; quum anno 1544, Michael Natalis id Sylvano collegio junxerit. (*Rectories,* II, f° 161.)

3. *Summula Raymundi, 1535.* Ceterum, inter juramenta regentium anno 1533, rectore Stephano Bougon, noto tres solum principales nominari : collegii Montani, Castellanum le Cordier; collegii de Bosco, Reginaldum Maxienne; collegii Boetici, Michel Leonard.

4. *Rectories* II (1545).

Florebant igitur in Cadomensi Universitate linguæ antiquæ ; et peritissimi discipuli his doctrinis imbuti tunc ex ea oriebantur. De Bras numerat illustrissimos doctores qui tunc recepti fuerunt ab Universitate in collegio jurium: « Et quelques années subséquentes furent pourveus au degré de Docteurs aux Droits, Messieurs Jean de Drozay, sieur de Sainte Marie, et Maistre Bertran du Vay, sieur de Montviron, gentilshommes de bonne maison. Puis, après, Messieurs de Robert et Nicolas de Pelvay frères; l'un, depuis, Evesque de Pamiers, et l'autre, Evesque d'Amiens et, depuis, Archevesque de Sens et Cardinal du saint Siège apostolique. Lesquels sieurs Docteurs y continuèrent par un longtemps leurs lectures [1] ».

Drosaeus, ut multi professores, hoc tempore, adhuc juvenis, juventutis institutor « grammaticæ quadrilinguis partitiones » in gratiam puerorum edidit ; in opere quo principia quatuor linguarum, hebraicæ, græcæ, latinæ, gallicæque contulerat. Qui quidem, unus e doctissimis jurisconsultis, primus Universitatis Cadomensis qui opus famatum tunc produxit, anno sequenti Juris universi Justiniani methodum Parisiis edidit [2]. Cives inclyti, divites burgenses sine dubio has doctrinas novas assequebantur Stephanus de Valle de Mondrainvilla, unus e Palinodiæ conditoribus et mercator peritus, linguam græcam profunde didicerat [3]. Fuit forsan, hoc tempore, Universitatis Cadomensis discipulus, Robertus Constantinus, qui, auctor glossarii græci celebris, postea litteras græcas Cadomi docuit [4].

In facultate theologiæ lucebant Guillelmus Ratus, « maistre Nicolle Le Porcher, Docteur en Theologie, grand predicateur... ; Jean Roger, sieur de Cornières, Jean le Corsu, Jean Bridel, un surnommé la Bretonnière »,

1. DE BRAS, p. 358.

2. Cf. bibliogr. et de Bras, 359.

3. Bibliotheca hujus conditoris Palinodiæ, per iter ejus in Lotharingia, quum exercitui alimenta suppeditaret, sen data est urbi Mussiponto, seu oblita est, ad Universitatem ejus civitatis transiit, post Bibliothecæ ejusdem urbis, dein Bibliothecæ Nationali. Libri autem ejus plures græcis verbis annotantur.

4. Cf. *France protestante*, IV, 606.

in facultate Medicinæ, qua postea claruerunt Dalechamps, famosus Lugdini medicus, Marinus Viquet, Beroaldus Marege, Bremontus Claromontensis.

Ita quum collegia, quum doctrinam scientiamque professorum Universitatis adspicis, intelligis cur tantum Cadomensi Universitati faverent et Admiraldus Chabot et episcopus Bellaius.

Renovatio igitur in Cadomensi Universitate et in Cadomo ipso luxit, et recte dicet, finiente sæculo, professor tunc famosus Medicinæ facultatis, Jacobus Cahagnesius : « Ex autem tempore hæc celebris Academia innumeros in singulis artibus principes protulerat, qui, excellenti ingenio, acri judicio et nobilitate eruditionis auspicari se strenuos et invictos duces in litterarum dignitate conservanda et amplificanda præstiterunt, barbaria et ignorantia, infensissimis litterarum hostibus, procul ab hoc regno Academico depulsis [1]. »

1. J. Cahagnesius, *J. Ruxelii oratio funebris.*

CAPUT TERTIUM.

UNIVERSITAS CADOMENSIS ET REFORMATIO 1544-1579.

« En France, plus que partout ailleurs, la Renaissance et la Réforme au début ne font qu'un. »
F. Buisson. (*Hist. gén.*, IV, 476.

I. Principia reformationis ad ecclesiam reformatam Cadomensem constitutam. 1531-1559. — II. Primæ turbæ quæ Cadomi aguntur. Universitatem lædunt, sed non destruunt, 1561-62. — III. Universitas post turbas, 1562-64. Conventio, aprili mense 1564; de Bras quæstio 9ᵐⁱ 1564. — IV. Universitas per bella civilia 1564-1579.

I

Non est hic locus narrandæ historiæ reformationis Cadomi; sed non obliviscendum est, tam in illa urbe reformationem et hæresim viguisse quam in Universitate. Quando apparuit? Notare difficillimum est. Anno 1531 qui iter Francisci Regis Cadomum præcedit, Nicolaus Rousinus, Franciscani cœnobii præses, qui suppositum Universitatis se esse dicebat positiones affixerat lutheranas in valvis Franciscanorum, dein posterius alias in scholis theologiæ excutiendas refixerat; a procuratore Universitatis citatus, coram rectore, decanis, magnaque scholasticorum multitudine, damnatus est, quod flexis duobus poplitibus peccatum suum, agnosceret, quam autem sententiam finaliter accepit [1]. Ita credideris, quod nonnulli historici aiunt, hæresim primo Cadomi inter cœnobia natam et propagatam fuisse[2]: Forsan Universitatem e cœnobiis petiisset, ex Universitate urbem.

Sed hic excellens orator qui tam eloquenter Regem salutabat, hic præcellens in sacra pagina doctor, Guil-

1. *Concl.* II. 165. Cf. appendicem.

2. De Bras, p. 241, et Floquet, *Histoire du Parlement de Normandie*, II, 227.

lelmus Ratus, qui a Rege prædicare coram se in Castello jussus, eum tantum juvabat et posterius Rothomagi prædicabat, nonne erat novarum rerum fautor? nonne in ista urbe exclamabat, in cathedra, « qu'il s'estonnoit de aulcuns qui se mesloient d'exposer la sainte Escripture qui n'estoient qu'asnes et se congnoissoient mieulx à un prorata?[1] » Quibus verbis Sanctæ Virginis ecclesiæ thesaurarium irridebat, et Scripturarum studium, scientiam græcæ et hebraicæ linguæ peritis servandam esse ostendebat. Hic autem Guillelmus Ratus, non solum Sacris Litteris studebat, sed etiam inter cleros sanos et eruditos qui mores ecclesiasticos reformare volebant, eminebat ; et e cathedra scandala Rothomagensis capituli lædebat[2], « frappant comme un sourd ».

Sed hoc tempore Universitas, major saltem, ut videtur, pars suppositorum non ad hæresim, non ad schisma procedere volebat. Animo novo accensi, doctrinæ curiosi, humanis litteris studentes, cupientes theologos esse acutiores, clerosque honestiores, hi Normanni prudentes istius provinciæ incolæ in qua, ut juste dictum est, « la circonspection se transmet comme un héritage[3] », Regi assentiebantur, quem, novis dum rebus favebat, religionis tamen mutatio sæpissime terrebat[4]. Itaque, ut hæresis accusati sunt, acriter propulsant hoc crimen quod scandalum tam Universitati quam urbi nocens habent. 1544 anno, in procerum generali conventu, procurator Universitatis, Magister Petrus Barateus, de rumore et scandalo per totam urbem promulgato conquestus est: « acta autem fuerat fabula, farsam vocant, per compita hujus urbis, in qua introducta erat quædam persona dicta hæresis, quæ velut mater, duos filios in vitiorum spurcitiis fœdissimis educabat et contra sanctissimos ecclesiæ constitutiones atque contra ipsius Dei omnipotentis præcepta vivere

1. Floquet, *op. cit.*, II, 226.

2. *Ibid.*

3. Galland, *Essai sur l'histoire du protestantisme à Caen et en basse Normandie, de l'édit de Nantes à la Révolution*, p. XVIII.

4. Franciscus Primus tamen Reformationi præsertim favebat quum Cadomum iter faciebat, in 1532 anno. Cf. F. Buisson, *Sébastien Castellion*, Paris, 2 vol. in-8°, 1892, t. I, p. 69.

instruebat.» Tum, ejus rogatu, Mr Eligius Montanus, tenens tutelam scholasticam in collegio Montano, interrogatus est, num fabulam ipsam composuisset. Quod primum negavit ; mox autem, Barateo postulante, jurejurando compulsus, his verbis palam confessus est : « Vidi et composui [1]. » Sic, gremio suo, Universitas natum adversarium videbat, qui eam denuntiabat hæresis crimine. Quum autem, illo ævo, jam usti essent plures, quum Parisiis, tum in Universitatibus, crimen grave erat [2] Procurator itaque Barateus accusatorem graviter urget, et eum cogit ut se farsæ auctorem confiteatur. Tunc autem conventus hanc farsam ad rectorem ferri qui eam promotori remittat ut de hoc, ut juris est, requiratur [3], jubet.

Vicesimo quinto die januarii, in conventu deputatorum, « dominus Barateus procurator declaravit, quod rumor erat, M. Johannem Vergerium, doctorem et decanum theologicum in præjudicium Universitatis fabulam, de qua prius facta est mentio, suo chirographo approbasse. » Vergerius negare non tentavit, ut Eligius Montanus. « Interrogatus palam confessus est fabulæ subscripsisse, idque advocatis multis suæ facultatis doctoribus. » Tunc vero dividebatur in duas partes illa facultas ; quidam professores novis rebus favebant, Guillelmus Ratus quondam, nunc Philippus Mustellus, quos quidem catholicæ fidei semper participes fuisse scimus : quorum autem audaci mente perterriti, alii professores hæresim imminentem denuntiabant. Eam vero non acriter damnant ; non, ut Parisiis, in Sorbona, eam exterminare conantur. Quum autem hostis sit fortissimus, numerosior forsan in Universitate, latebrosis utuntur viis, farsa, in Cadomensi Universitate, via consuetudinaria. Sed a deputatorum conventu decretum est, « dominum Barateum procuratorem suam querelam adversus theologum Vergerium in scriptis factum iri intra diem præsentem ut Ver-

1. *Rectories*, II, fo 155.

2. Tolosæ autem, 1532 anno, jam duo professores juvenes usti fuerant. Cf. F. Buisson, *Hist. génér.*, IV, 492 : quo alludit Rabelais, *Pantagruel*, V : « mais il n'y demoura gueres quand il vit qu'ils faisoyent brusler leurs regens tout vifs comme harans soretz. »

3. *Rectories*, *loc. cit.* Promotor est judex qui inquisitionibus providet. Cf. Bourmont 86.

gerius theologus, visa querela, dominicum responsurus redeat » Quod autem negotium breviter implicatum fuit lite cum vicario episcopi Bajocensis. Qui Itálus Johannes Baptistus de Paschio scholaribus Cadomensibus infensus erat, ex illis pecuniam exigi volens, quia in beneficiis non residebant. Vetuit igitur vicarius decanum Vergerium, sub excommunicationis pœna, de fabula, de qua erat disceptatio, Domino Barateo respondere [1]. Non autem ejus auctoritati cedunt Cadomensis Universitatis suppositi, qui cum episcopis certare solebant [2]. « Jussus est tum demum ipse Barateus negotium viriliter prosequi et defendere. »

Sequuntur anni, quibus Universitas quiescere, sed non semper prospera fuisse videtur. Cui autem non Reformatio, sed pestis nocet. Morbi enim urbem invadunt, et numerosi cives moriuntur. 1546 anno præsertim gravis fuit lues quæ Cadomenses multos absumpsit [3] Quo anno tamen apothicariorum ministerium rexit facultas medicinæ [4]. 1547 anno, pestis iterum viguit e junio mense ad Omnium Sanctorum festum [5]. A morbis ipsis studia minuebantur, cum in Universitate, tum in collegiis. Tunc in illis, ut ævo nostro, quantum valebat principalis, tanto præstabat collegium: Adam de Campis in hoc officio collegii Sylvani Michaelo Natali successerat; non autem eum imitari valebat, eum enim vocat rector, et rogat « super eo quod nullum est exercitium in ejus collegio, nec sunt regentes aut officiarii quos bursarios appellant juxta fundationem », et vicesima quarta die mensis maii, hoc collegium visitatur, ut Clouterium [6].

Universitatis tamen defensor tutissimus, Litterarum pater mortuus erat, sed ejus filius Henricus Secundus privilegia confirmaverat [7]. Quæ Universitati invocanda brevi fuerunt. Bellum in Carolum Quintum, regno toti oneri erat: pecuniæ crescebant ac multiplicabantur; 1545 anno, quin-

1. *Rectories, loc. cit.*
2. *Ibid.*
3. DE BRAS, 359.
4. Bib. Urb. Cad. *Ms.* 160, II, 114.
5. DE BRAS, 209.
6. *Rectories*, II, 175.
7. *Arch. Calv.*, D., 36.

quaginta millia militum lecta erant, et pecuniæ novæ urbibus impositæ fuerunt. Quas quum statutum fuisset tam privilegiis ex utentibus quam e non utentibus exigendas esse, Universitas taxationem illam negare voluit, et 1547 anno, in Magni Consilii judicium litem deduxerunt suppositi adversus parochiæ Sancti Salvatoris incolas, invocantes privilegia sua, quibus hoc onere redimebantur. Burgenses, viginti circiter, parochiam suam præsertim a suppositis Universitatis inhabitatam monstrabant, in qua quidem collegium Artium inveniebatur. Quo, si collegium et scholares ex onere taxationis liberati essent, omnes pecunias in parochia impositas paucioribus incubituras esse, ostendebant. De qua re Magnum Consilium, vicesima tertia die septembris anni 1549 statuens, dixit illam redemptionem et « franchisiam » solum præmium esse quod ex urbe habebant scholares regentesque; eos redemit et e burgensibus taxationes repetendas quæ percipiebantur e suppositis Universitatis ab anno 1543, decrevit, quas autem a Sancti Salvatoris parochiæ incolis repetere possent [1]. Mercurii die quintadecima mensis novembris 1550, Mr Ægidius Laloigny, in jurium collegio doctor regens, Universitatis advocatus, prætorium Petri Andreæ, conservatoris privilegiorum regalium Universitatis adivit et decreti Magni Consilii exsecutionem petivit [2].

Illo anno 1550, Universitas satis florens videtur, Johanne Villano rectore: ducenti triginta et quatuor scholares, e quibus unus parisius et unus italus, numerantur [3]. In Universitate mens nova semper latet, et certatur cum episcopo Bajocensi. 1551 anno enim electus est rector Ægidius de Housteville, sacris in litteris baccalaureatus, in gymnasio Montano institutor, quem posterius religionis reformatæ fautorem fuisse scimus. Illo rectore, Universitas, die prima mensis junii, in congregatione generali declaravit se « vehementer ac valide intercedere et oppositam esse cuidam inspectioni seu visitationi singulorum collegiorum hujus Universitatis. » Hæc conclusio episcopi

1. *Matrol.*, f° 248.
2. Cayer, pièce IX, Docum. inéd., *ed.* a Charma. (*Mém. Soc. Antiq.*, III, 262).
3. *Rectories*, II, f° 186.

Bajocensis conatus refellebat, qui reformare præceptores collegiorum volebat [1]. Universitatis enim doctrinas hæreticas esse suspicatur ille episcopus, qui in sua diœcesi injussu suo prædicari vetat, et mandatum suum decano theologiæ facultatis significat. Sed in Universitate, ut antea, firmus animus viget, et, quia episcopus membrum, necdum caput, Universitatis erat et Rectori submittendus, Philippum Mustellum, theologiæ decanum jussit ut prædicaret in nomine ejus coram professoribus et scholaribus, qui adesse debebant, « licet contra staret interdictum » : quod actum fuit [2].

Julio mense anni 1556, Cadomi habitus est conventus capituli generalis Cordigerorum. Magnæ autem processiones sumptuosæ, religiosæ feriæ quæ de Bras et Cadomenses ceteros juvabant, evenerunt ; disputaverunt tunc de sacris rebus doctores e Parisiensi Universitate et ex aliis. Sed Mr Ægidius Bigot, in sacris paginis doctor, si historico credas oppidano, omnes superavit latinitate tersiore et elegantiore. Eminuit quoque Philippus Mustellus. Narrat noster historicus quamdam disputationem qua apparet mens acerrima, sed prudentissima theologorum normannorum. « L'un des Régents de cette Université, surnommé Cheffreville, soutint..... que saint François n'avait point les playes aux mains, costé et pieds, comme les peintres le peignoyent, et que saint Paul prononce de soymesme qu'il porte les cicatrices de nostre Seigneur en son corps. Et toutefois il ne les avait sinon par méditation et dévotion, comme aussi saint François ne les avait pas autrement. » Monachos autem hic modus ratiocinandi parum juvabat : « Ce qui fascha un peu Messieurs de leur ordre, pensant qu'on les voulût attaquer, mais cela s'appaisa, parce qu'il ne se faisoit que par forme d'argumentation » [3]. Ceterum his magnis religiosibus congregationibus fides catholica minime firmata videtur. Cadomi etenim disceptationes illæ theologicæ, magna

1. *Concl.*, II, f° 256.

2. *Anectoda academica.* Bib. Urb. Cad., Ms. 35.

3. DE BRAS... 561 Ægidius Bigot reformatus posterius fuisse videtur: baptisata fuit ejus filia a ministro ecclesiæ reformatæ, augusto mense, 1564. Reg. du *Bostaquet.* Arch. Calv. C. 1566.

frequentia scholarium et vulgi præsente, habebantur. Turbarum ævum in Universitate et in Urbe tunc ortum est : « Depuis ce temps là, ait de Bras, commencèrent les schismes et divisions pour la religion » [1].

1558 anno, tertio post anno quam Parisiorum ecclesia erat condita, constituta est Cadomensis reformata ecclesia cum consistorio suo, cujus ministri erant duo suppositi Universitatis, Vincentius le Bas de Valle dominus et Petrus Pissonius [2].

II

Incipiente autem regno Francisci Secundi, incipiunt in regno toto turbationes. Attamen Carolus Nonus, februario mense 1561 anni, privilegia Universitatis confirmare voluit [3]. Universitas autem statim passa est turbas quæ urbem populatæ sunt : octavo et nono mensis maii 1562, fere omnes ecclesiæ vastatæ, et præsertim ecclesia Cordigerorum, in qua habebantur congregationes generales Universitatis et includebatur archa ejus [4]. Quum, teste ipso de Bras, major pars burgensium aut saltem docti divitesque cives reformatæ ecclesiæ adhærerent, Admiraldus, post pugnam Drucensam, ab incolis Cadomensibus vocatus fuit, et quinta decima die februarii 1563 anni in

De Bras... 561

2. S. Beaujour, *Essai sur l'histoire de l'église réformée de Caen*, p. 13 et 24 : « Le culte fut établi à la fois au tripot ou halle au blé et dans un local de la rue Guilbert. » — Nonne probatur quoque inertia catholicæ fidei, illo tempore Palinodis interruptione, quem Dominus de Mondrainvilla restituit hoc ipso anno, quum jam septimum annum non fuerat certatio carminum. (*Rectories*, II, f° 219.) De la Rue, II, 157, hanc interruptionem notat, sed non ejus causam indicat. Notemus duos annos ante ecclesiam reformatam Cadomi conditam, professorem Universitatis, Ægidium de Housteville, San Marianum Constantinatem, studiosæ juventutis in gymnasio Montano institutorem : « *Litterarum, syllabarum carminumque ratio,* » quod prosodia diceretur, edidisse. In prima pagina hanc sententiam legimus : « Petra autem erat *Christus.* » De *Christo* apud Lugdunenses humanarum litterarum scriptores, cf. F. Buisson, *Sébastien Castellion,* p. 52. Petrus Pissonius rector fuerat 1553-1554. (*Rectories*, II, 209.)

3. *Arch. Calv.*, D. 37, *ed.* Bénet, I, 56.

4. de Bras... 272.

urbem ingressus est, quo Theodorus Bezacus quoque adivit [1]. Novæ autem turbationes urbem forsanque Universitatem hoc anno moverunt ; nocte enim quæ secuta est Paschæ festum, ecclesiam cœnobiumque Cordigerorum, usserunt reformati [2].

Attamen primum religionis bellum, edictum Ambosianum (19 martii 1563) finiverat. Scabini catholici vel reformati concordiam suadebant et bella civilia sedare conabantur. Post, Franciscopoli capta a catholicis reformatisque conciliatis, regina Catharina de Medicis et Carolus Nonus Rothomagum ingressi erant, dein Cadomum petiverunt, in quo vicesimo quarto die augusti mensis recepti solemniter fuerunt, extra fores in Vaucellarum suburbio. « Lors arrive, inquit de Bras, le sieur Recteur de l'Université, suivi des Officiers et suppôts d'icelle, précédez de leurs bedeaux avec leurs maces d'argent, estant vestus de leurs chappes Doctoralles d'Escarlate rouge et brune, fourrées d'Ermines suyvis d'un grand nombre d'Escolliers ; luy font là très humble reverence avecques leur harangue pour l'Université [3] »

Ita, teste catholico historico, Universitas in receptione Regis apparuit, cum magno numero scholarium ; unde patet eam non minutam nec dissolutam esse eventibus annorum præcedentium. Vicesimo sexto autem augusti mensis, urbs, ut particeps feriarum quæ novam Anglorum expulsionem sequebantur, equum bellatorem comiti stabulorum Montmorenciaco obtulit, Tanigio Sorin reformato, ut oratore, ab Universitate electo [4].

1. DE BRAS... 272 et Beaujour, 57.
2. DE BRAS... 276. — BEAUJOUR, 69.
3. DE BRAS... 278.
4. BEAUJOUR, 78. — DECRUE, *Anne de Montmorency... sous les rois François II, Charles IX et Henri III*, de his rebus non loquitur. Notandum est, illo ævo, comitem stabulorum et aulam partibus reformatorum favere. Beaujour tamen, quum quatuor reformati electi essent scabini, ait : « Dans ces deux circonstances quand le choix des catholiques eût été le moyen de faire leur cour à la Reine, il était difficile à l'Université et aux habitants de donner aux élections une couleur plus significative. » — Auctori autem illi assentio hac electione, hac deputatione, reformatos ostendisse se in urbe præstare, sed in illis eligendis aliquam injuriam in Catharinam aut Carolum intentam esse nego, quum propter prudentiam crebro laudatam incolarum Cadomi, tum propter opinionem Reginæ et Regis, qui tunc reformatis favebant.

Rex ex urbe, vicesima septima die augusti egressus, duodecima die septembris, Mantæ Pulchræ privilegia Universitatis confirmabat, « voulant la protéger, aiebat, contre toute entreprise de l'assujettir au paiement desdits subsides, coutumes, impots et autres tributz et subventions ordinaires et extraordinaires, garnisons, estapes et autres charges de gendarmerie [1]. »

III

Universitas igitur semper fluctuabat nec in turbis primi bel'i civilis mersa erat, quibus tamen læsa erat : Cordigerorum cœnobium vastatum erat ; Majoresque Scholæ partim occupabantur a ministris religionis reformatæ. Quæ eis relicta erant ut ibi congregarent et prædicationes facerent post pacem Ambosiæ, anno 1563, a Batresse Castelli præfecto, et tunc gubernatore urbis, misso ut edicti executioni præesset In illis autem aulis, reformatorum congregationes habebantur, quum Catharina et Carolus Nonus Cadomum transierunt augusto mense ; qui eos expelli non jusserant [2]. *Conclusionum* registeria desunt in his temporibus : scimus ab anno 1559 non regulariter scripta fuisse ; eodem anno *rectoriarum* registeria interrupta sunt [3]. Dein non semper electiones rectorum habitæ sunt ; martio mense 1561 anni, Radulphus Heraldus, doctor in utroque jure et per plures annos collegii Sylvani principalis, electus est rector [4] ; sed octobri et martio mense anni sequentis, electione non habita, Radulphus Heraldus munera eadem servat per tria semestria ; quippe qui Reginam et Regem augusti mense receperit.

Sed alio modo Universitas minuta erat : hæc longa dictatura Radulphi Heraldus Universitati multum nocere potuisset, unum collegiorum ei eripiendo. Vicesima autem quinta die septembris mensis 1563 anni, vendita fuit coram Guillelmo Buyssonio, in facultate Artium doctore,

1. *Arch. Calv.* D. 38, *ed.* Bénet, I, 56.
2. *Arch. comm.*, Reg. hot. vill., c. 3, f° 37.
3. De his interruptionibus, cf. Excursum.
4. Chatel, *Liste des Recteurs de l'Université*, p. 24.

Juliano Bernard, principali collegii Montani, et Nicolao du Than, principali Clouterii collegii, auctorisatis, ut aiebant, a ceteris magistris regentibusque Facultatis, domus collegii Artium, quam emebat Universitatis syndicus, Franciscus Bourget, octingentis quinquaginta libris turonensibus. Dicebant venditores domus, claustra ac tecta diruta esse ; collegium enim turbis anni 1562 multum læsum esse [1]. Dicebatur adhuc in eo nihil studii aut fere nihil exerceri : « Mᵉ Fabien Hardy ayant exhibé par cy devant quelque forme de collège ou plus tot pédagogie en icelle [2]. » Quidam igitur Universitatis officiarii, his miserrimis temporibus, ut ditiores fierent, solum curabant. Sed venditio ista, quum in Universitate, tum in urbe indignationem omnium movit. Supposití quidam, ut venditio annularetur, petierunt, pretium parvum arguentes emptionis, collegio cesso octingentis quinquaginta libris, quod quatuor millibus valeret ; decanum et principales negabant auctorisatos esse ab Universitate ; scandalum dein clamabant empti collegii a syndico. Qui autem venditionem assensu suo comprobabant, minutum collegium esse, non Universitatem, sed facultatem Artium solum contingere respondebant : quod optimum argumentum erat [3]. Nam asserebant supposití Universitatis in collegio semper studia exercita esse a Mº Petro Auvray, in jure licentiato, Johanne Villano, in sacra pagina baccalaureato, Ægidio Bigot, in theologiæ facultate doctore, et Fabiano Hardy, « lequel puis un mois en ça estoit résident et tenoit collège en lad. Maison » [4]. Lis ad prætorium baillivi Cadomensis delata fuit, coram Carolo de Bourgueville, scutifero, in legibus licentiato, Regis consiliario, qui memorabat se esse conser-

1. « De grands images ou simulacres representans les sept arts libéraux fort bien gravées et représentées... furent abbatues et froissées, n'en restant que les places, par les protestants de ce malheureux an 1562. » (de Bras, 328.)

2. « Extrait du registre du greffe de Mr le bailly de Caen. » *(Arch. Calv., D. Faculté et Collège des Arts.)*

3. Facultas enim emerat domum militis 1460 anno, postea, domum propinquam 1487 anno, quam domum Rectoris ædes hodie occupant. Cf. Bourmont, 170.

4. Notemus duos ex his jam 1535 anno in Artium collegio docuisse : Johannem Villanum Charatraxinam, etc., Petrum Auvray. Cf. Chapitre II.

vatorem privilegiorum regalium Universitatis, et quarto octobris die, post sententiam captam consiliariorum præsidialis sedis, venditionem fregit [1]. Unde ortæ sunt posterius novæ lites : sed servavit collegium suum Universitas.

Attamen novus rector, Nicolaus de Than, quarto die novembris, in collegio Clouterio, gymnasio cui gymnasiarches præerat, ubi sedem Universitatis posuerat, congregationem habuit « consensu procerum, eo quod non erat tutus accessus apud Franciscanos, nec in nostras scholas publicas ob pestem ibidem vigentem [2] ». Ibi videmus aliam causam destructionis, quæ tam frequenter in historia Cadomensis Universitatis apparet, temporibus prosperis eam turbans, temporum turbatorum miserias gravans pestem, ita ut nomine suo malum vocemus. Nunc urbem populabatur : eodem die quo Nicolaus de Than congregationi Universitatis præsidebat, gubernatores scabini imperabant ut prædicationibus religionis reformatæ et sermonibus catholicorum presbyterorum populum exhortarentur ad Deum precandum ut iram suam retrahere vellet [3]. Alia congregatio, eodem mense, in ædibus Marini Viquetii habita fuit : mense februario iterum comitia generalia apud Franciscanos habentur [4].

Urbs tamen, anno sequenti, adjuvare Universitatem voluit, ut e lue exiret ; sed ipsa peste vastata, taxationibus gravata, non auxilium magnum afferre poterat. Aprili autem mense, in domo urbis inter incolas et Universitatis deputatos longa deliberatio habita fuit, quam pactum de aliquibus punctis terminavit. Universitas vero privilegiorum suorum tuitionem alta voce iterum repetebat : quæ lis delata ad sedem præsidialem, ab ea juridictioni privilegiorum regalium transmissa erat, id est Carolo de Bourgueville, locumtenenti baillivi, conservatori regalium privilegiorum. Qui præsedit congregationi ingenti, cui adfuerunt gubernatores scabini urbis, rector, doctores regentesque Universitatis et thesaurarii, parochiarum

1. Extrait du registre du greffe de Mr le bailly de Caen, 4 oct. 1563. *(Arch. Calv.*, D. *Collège des Arts.)*
2. *Rectories*, II, f° 234.
3. Beaujour, 81-82.
4. *Rectories*, II, f° 235.

æditui aliique burgenses, manentes, incolæque urbis et forisburgorum [1]. Ægidius Lalongny, doctor regius in jurium facultate pro Universitate oravit, et de Boyslambert pro thesaurariis æduituisque parochiarum et incolarum [2]. Lalongny autem sollertissima et academica oratione usus est : « Les professeurs de bonnes lettres qui consomment leur aage en l'érudition et discipline des jeunes enffans ont tousjours esté en telle recommandation entre les républiques qu'ils en ont remporté, ains l'honneur qui leur est du, un loyer remunerateur pour aucunement les rescompenser de leurs labeurs, de sorte que la jeunesse demeure en telle obligacion envers lesdits professeurs que après leurs peres et meres, ils la doibvent remercier et favoriser. » Querebatur autem orator quod, invitis privilegiis, taxarentur professores, præsertimque collocati essent in eorum domibus milites, dein participes fuissent taxationum triginta millium librarum turonensium quæ ab oppidis clausis bailliviæ exsolvendæ essent. Ipse collegarum nomine petebat ut querelæ benigne audirentur, « affin que leur Université (laquelle par ce temps des troublez peut avoir souffert quelque dyminution) puisse estre à l'advenyr restaurée et remise sur pied, que par le moyen et l'entretien de leurs dits previlleges, il puisse par cy après affluer en icelle nombre de professeurs et escolliers au bien, prouffit, honneur, utilité de la chose publique. » Bidellis aliisque officiariis relictis, proponebant ut privilegia immunitatis reservarentur rectori doctoribus regentibusque in anno legentibus et litteras profitentibus.

Incolarum autem advocatus, Johannes de Boyslambert, illos bona mente animatos esse asseruit : « Ils n'avoyent entendu ni entendoyent contredire les previlèges de

1. Universitatis legati erant Ægidius Lalongny, curatus Ebreci et Vaucellarum; Henricus Moisi, doctor in facultate theologiæ et novus rector Universitatis, curatus Sancti Johannis; Tanigius Sorin, consiliarius Regis, in jure doctor; Johannes Onfroy et Beroaldus Maregius, in medicina doctor; Nicolaus de Than, principalis collegii Clouterii, decanus facultatis Artium; Ludovicus Valquelinus, scriba privilegiorum; Gauffridus Lelaboureur, principalis collegii Artium, et Guillelmus du Moullin, scriba Facultatis Jurium. Cf., relationem *Arch. comm.* Reg. hot. vill., c. 3. f° 37.

2. Johannes de Boyslambert, quondam scholaris Universitatis, fuerat, 1535 anno, Guillelmo Rato distichon miserat. *(Summula Raimundi* 1535.)

l'Université ; ils supplient Messieurs les Officiers du Roi de les maintenir et entretenir aulcun droitz et privilèges pourveu toutefois que lesdits sieurs de l'Université se contiendroient et entretiendroient la concorde faite entre les manants et habitants de cette ville en l'an mil cinq cent sept. »

Benevolentia sua ita exposita, incolæ querelas suas vice sua emittebant : hoc pactum anni 1507 non observatum fuisse dicebant, et criminabantur præsertim statum Universitatis. Tria autem crimina ab incolarum oratore dulciter exposita sunt : duos tantum doctores esse in collegio jurium primum memorabat : quos absentes ali quando supplent Carolus Lefrançoys et Ægidius de Caumont, in jure licentiati. Petiit igitur ut doctoris gradum iis conferretur. Deinde queritur quod aula Artium in Majoribus Scholis, abhinc jam duos annos, occupata sit a ministris religionis reformatæ, quo videntur esse violata statuta. Postremo tertium crimen quod nostra præsertim interest, prudentia maxima offert : petit enim « qu'il fust proposé des personnes dignes pour instruyre les enfants... aux lettres pour leur salut et non en la langue françoyse, mais aux autres langues tant grecques que latines ». Illi igitur burgenses, thesaurarii, parochiarum æditui, doctrinam latinæ linguæ, græcæ quoque jamdudum in honore Cadomi habitæ postulant, sed doctrinam gallicæ linguæ rejiciunt, qua reformatorum disciplina discernebatur [1]. E quo intelligitur qualis doctrina, qualis opinio in Universitate tunc floruerit.

Hoc ultimum crimen non refellit Universitas ; sed de professorum numero, respondebant deputati se, quantum potuissent, novos professores vocavisse affixionibus positis

1. Sine dubio catholica mente animati gallicæ linguæ interdicere volebant. Sed quid vetare petunt ? Doctrinam lingnæ gallicæ, aut latinæ linguæ gallico sermone ? Nescio. Gallica lingna Genevensi collegio docebatur. Cf. Buisson. *Sebastien Castellion*, p. 146. Jam, 1543 anno, gallica latinaque lingua simul docebantur in Universitate Cadomensi: nam Johannes Drosæus, in epistola quæ invenitur præ suis grammaticæ quadrilinguis partitionibus, ita loquitur : « Principio itaque omneis in hoc convenire videbam quod nostro seculo in lingua tum Latina, tum Gallica primum pueri diligentissime sunt instituendi, quoniam earum usus est et in loquendo et in scribendo maxime nobis necessarius. »

Andegavi, Aureliani, Pictavii, Parisiis et in ceteris universitatibus, ipsos multas personas tentavisse ; neminem autem munus petivisse, ceterum ipsos libenter accepturos esse in numero doctorum Lefrançoys et de Caumont. De occupatione vero aulæ Artium, aiebant se conatos esse ut ministri reformati, quibus deputatum miserant Le Laboureur principalem collegii Artium, illam vacuarent ; qui vero aulam a Batresse sibi datam, et postea sibi relictam invocaverant. Universitas ceterum auxilium Urbis et adjunctionem ut sustineretur questus quem ad dominum de Matignon, gubernatorem et locumtenentem generalem pro Rege in provincia, missura erat petebat.

Ita conclusit de Bras : « Que veu le consentement desdits gouverneurs, trésoriers et marguilliers, cesdits recteurs, docteurs et régents, actuellement lisantz et faisant la profession des lettres et escolliers estudiantz en ladite Université, sans fraude ny abus, jouyront de leurs dits previllèges, exemptions, immunitez et que seront pour l'advenyr aucunement contribuables, ny cotisez aux impôts et subsides de ladite ville — non compris les bedeaux et autres officiers de ladite Université. » De autem aulæ Artium occupatione, de Bras adjunctionem Urbis petitam cesserat. Quod ceterum brevi solutum est : octavo enim maii die, expostulante rectore Moisi, rex jubebat Universitatem in aulam Artium regredi [1] : quod sine mora factum est [2].

Cadomenses autem reformati, etsi aliquandiu in Aula artium manserunt, non fautores fuerunt profecto Universitatis eruendæ. Tantum abest ut eam destruere cogitaverint ut in animo habuerint, quod fuisset difficilius, potiri Universitate. Jam linguam gallicam ibi profitebantur; græcam, ut mox videbimus, docebant, qua libris sanctis critici studebant ; ita hebraicam docere volebant, eodem modo et eadem mente. Quare Virensem Chevallier vocare volebant. Quum Admiraldus Cadomum iniverat, martio

1. « Mandement de Charles IX au bailli de Caen ». Bar-le-Duc, 8 mai 1564. (*Matrol.*, f° 406.)

2. Beaujour, p. 94, ait: « Il est parlé des grandes écoles pour la dernière fois le 10 mai 1564, et les exercices ne furent plus continués qu'au tripot et qu'au quartier Saint-Jean. »

mense 1563 anni, Theodorus Bezacus quoque in illam urbem venit[1]; et, eo adjuvante, a Calvino cogitaverant Cadomenses reformati se obtinere posse Chevallier. Deinde nuncii eorum petitionem reiteraverant, quam postremo octobri mense 1563 anni, renovarunt: primo de Brunvilla, legatus generalis baillivi Cadomensis, scripsit congregationi pastorum Genevæ; postea consistorium Cadomense consistorio Genevensi, simulque Domino Reipublicæ Genevensis scribebat[2]. In litteris ad Consistorium missis Cadomense consistorium rationes petitionis bene exposuit: « Considerans combien la Basse Normandie est éloignée de Genève pour envoyer la estudier ceux qui se dedient au ministère: attendu mesme la froidure et peu de zèle qui se trouve aux Eglizes de les entretenir et surtout la povreté du pays en beaucoup de lieux où les ministres sont les plus nécessaires. Et est cette université le seul lieu où il se peult dresser escholle pour les retirer et de Bretagne et du Mans, et de Normandie, avec ceux qui y viennent d'Angleterre, car vous congnoissez l'estat de Paris. » Non igitur Lutetiam reformatis infensissimam, sed Cadomum urbem quietam, in qua, si non numerosiores, potentiores saltem erant, idoneum reformatæ academiæ, reformati putabant. Chevalier « pourra bien servir de professeur en théologie et ministre tout ensemble, ce qui ne se pourroit faire en une Eglize tant celebree et avancée que celle de Geneve ou seulement il enseigne en hébrieu. » In litteris emissis ad Dominum Reipublicæ Genevensis, consistorium addit: « Il nous est très nécessaire pour docteur et ministre dont le fruict et profit en redressant notre Université et arrousant de l'eau de vie si grande province, sera beaucoup plus grand qu'au lieu qu'il tient en votre ville. »

Sed jam reformati adversus infensas partes certabant quum in urbe, tum in Universitate quod concludere possumus quæstione quam quibusdam burgensibus quærentibus adhuc de statutorum contemptione, incepit locumtenens baillivi de Bras, novembri mense 1564, collegia visi-

1. Cf. S. Beaujour, *op. cit.*

2. Hæ litteræ editæ fuerunt in « *Bulletin de la Société de l'histoire du protestantisme français* », XVIII, 27, sqq.

tans, querimonias cujusque audiens, principales rogans de statu gymnasii, dein coram se in camera sedis præsidialis vocans primos suppositos officiariosque Universitatis. Sine dubio, hæc quæstio, ut multæ aliæ, nihil successit. At saltem relatione Caroli de Bourgueville docemur de studiis in collegiis et in quaque facultate habitis, de religioso et morali statu Universitatis hoc tempore [1].

Primum collegia, quæ visitavit de Bras, prosperiora sunt quam misero hoc tempore credere possis. Doctrina in illis adhuc valet In collegio Sylvano sunt quatuor regentes, Nicolaus le Vallois, tunc Rector, Godefridus le Laboureur, Ægidius de Housteville, Nicolaus Alory. Redditus ejus sunt quinquaginta libræ turonenses. Ibi sunt quinquaginta vel sexaginta juvenes, quorum decem solum sunt « pensionnistes », ceteri autem « cameristes » vel « martinetz », qui, ait de Bras, « sont enfants de la ville qui retournent après leurs lectures en leurs maisons. » In ea domo servantur bonæ doctrinæ quas quondam instituit Mr Michael Natalis; de Housteville, Nicolaus le Vallois, Rhetoricen grammaticamque legunt; Dialecticam, Lelaboureur. Sancti Dionysii festo, Alory grammaticam græcam, in magna aula collegii (ut lectionem publicam) legere incepit. Auctores latini qui explicabantur, sunt Georgica Virgilii, de Amicitia Ciceronis, et opera Laurentii Vallæ, unius e peritissimis humanarum litterarum latine scribentibus [2].

Artium autem collegium, quod Universitas servaverat, de Bras præsertim auctore, jam satis floret; septuaginta aut octoginta discipuli ibi numerantur. Professores sunt Michael de Launay, qui Rhetoricen grammaticamque docet, Jacobus Buyssonius, Dialecticam, dein Mr Robertus Constantinus, celeberrimus, qui antea græcam linguam in Magnis Scholis docebat, et nunc hanc linguam discipulos collegii docet. Ita etiam servantur humanæ litteræ.

1. DE BRAS, *op. cit.*, 363-372.

2. Laurentius Valla quoque erat critica mente præditus; documentum dictum « Donatio Constantini imperatoris » verum esse negabat: quare reformati autem ei favere poterant. Cf. Pastor, *Histoire des Papes*, trad. fr., v, 98, 119, 134, 138. Jam primis annis XVI sæculi, Laurentii Vallæ « De amore » editio Cadomi data erat.

Sed Montano collegio quondam florente, nunc orbato, principali suo M^o^ Bernardo peste defuncto anno præcedente, non studetur. In collegio Clouterio, in altero vico urbis sito, non erant plus quam viginti quinque aut triginta discipuli. Principalis ejus Mr Nicolaus de Than legebat, cum uno regente, M^o^ Nicollo Meheut ; redditus triginta librarum turonensium, medietas deficiebat, altera pars domui reparando adhibebatur. Decanus Artium Housteville, Principalis et Regentes, ut 1521 anno de Pædagogicis æmulis queruntur.

Facultates autem, si historico credas, multo miseriores sunt quam collegia. Jurium collegio non sunt plus quam duo professores, fere nulli discipuli. Lalongny, quo Juris decretalis facultas solo constat, Decretalia legere sancti Dionysii festo cœpit; sed paucis præsentibus, aliquot scholaribus ab eo petentibus ut legat Institutum, hanc lectionem statim incipiet; quum enim juri canonico nemo fere studere curet, personam modestiorem, sed utiliorem Instituarii aget. Sorin autem, gratis scholaribus, suas lectiones incepit, sed non numerosiores sunt : decretum 1521 anni aboletum fuisse videmus, nec jam urbem ducentas libras solvere ; scholaribus deficientibus, professores scholaritatis taxatione egent : itaque collegio professores desunt.

Medicinæ vero facultas felicior septem Doctores regentes adhuc numerat, sed auditores non habent, « et toutefois où ils sçauront qu'aucuns veulent profitter et apprendre en leur art. ils sont prêts de commencer leurs lectures, voire et n'eussent-ils que deux auditeurs ».

Facultati autem theologiæ non videntur esse plus quam duo professores. Mustellus decanusque Henricus Moisy. De Bras eos vituperat quia lectiones non habentur tam assidue quam quondam fiebant ; Mustellus vero respondet : « qu'il lit et presche ordinairement, comme il en attend ceux qui fréquentent ses lectures et sermons, et que son intention est, et duoit Moisy, d'y continuer, mais que pour les troubles et pestilences, il n'y a pas grand nombre d'auditeurs. » Ita, si collegia satis florent, facultatibus superioribus disciplina deest, Medicinæ, egentibus scholaribus ; Jurium, et Theologiæ, propter

paucitatem professorum ac scholarium. Causantur omnes qui rogantur a de Bras, turbationes pestilentiamque.

Quis est moralis status Universitatis ? Religiosæ partes duæ exstant : inter Theologiam et Artes divisio præsertim habetur. Lædunt Artium facultatem doctores in sacra pagina. hæresim denuntiantes, simul et quoque suam doctrinam tuentes, « remontrant qu'à ceulx de leur faculté appartient de interpréter les escritures sainctes, et que néantmoins un appellé Constantin, professeur en médecine, fait ou a fait lectures publiques aux Escolles des Arts, qui sont au dessous des Escolles de Theologie, des Epistres de sainct Paul avec interprétation d'icelles du grec qui ne se doit entreprendre. » Nonne videtur certatio inter Sorbonam et regales lectores, quæ habita erat Lutetiæ 1530, Cadomi iterum orta ? Sed Mustellus hebraicus ipse, non jure quidem vetare sacrorum librorum interpretationem ex hebraica vel græca lingua poterat : itaque eam reservari Theologis volebat.

Quæ Facultas collegia quoque lædit : quorum principales non coguntur ut pueros conducant ad divinum officium, admittunturque ut regentes Godefridus le Laboureur, maritus presbyter, decanus Artium Ægidius de Housteville, quoque presbyter maritus, adhucque minister religionis reformatæ.

Non autem pepercit Facultas Rectori le Vallois, eum auctorem vitiorum esse quæ vituperat, criminans, Universitatem corpus clericale esse, cujus Papæ ut Reges auctores fuerant, non meminit, non juramentum præstitit ; Presbyter autem, non congregationibus assuetis adest, non obitus celebrat ; prodit autem potius in loca in quibus prædicationes reformatorum habentur. Habitus ejus quoque læditur ; egreditur enim sine bidellis, non cappa rectorali togatus. Quæ crimina Rector refellere non multum curat : vestitum per turbationes perdidit; non alium emit, miserioribus temporibus.

Denuntiat quoque sacræ paginæ Facultas typographos suppositos Universitatis qui edunt et vendunt libros suspectos, scandalosos, « et auxquels n'est escript le nom de l'autheur ou de l'imprimeur ». Facultas autem suum jus examinandorum librorum antequam vendantur, vindicat.

Querelas vero istas de Bras audiebat, quibus non satisfacere poterat. Constat enim, Theologiæ facultate excepta, ceterum reformatos ubique in Universitate præstitisse. Reformati sunt Rector, decanus Artium, pluresque professores, typographique. Si quidem conferas registeria ecclesiæ reformatæ Cadomensis, ista confirmantur, imo extenduntur omnia quæ de Bras dixit. Ægidius de Housteville, minister quidem erat, Ranvillæ exercebat; reformatus erat Tanigius Sorin ; reformati, medicinæ professores, Marinus Viquetius, Johannes Onfroy, Beroaldus Maregius ; reformati, quatuor librarii, Jacobus, Johannes Nicolausque Le Febure et Toulorge. Reformatus autem Godefridus Le laboureur receptor generalis Universitatis, erat[1]. Ita major pars Universitatis reformatæ religioni favebat, et aperte ecclesiæ reformatæ Cadomensi adhærebat. Quod ceterum non invidebat major, aut saltem magna pars incolarum, quæ huic fidei quoque favebat. Jam autem in Universitate ipsa, minor pars catholica a quibusdam officiariis regalibus adjuta et parte incolarum, contra reformatos certare et Universitate iterum potiri conabatur.

IV

Universitas ceterum, urbis scabinis auxiliantibus et in hoc opus duabus partibus conciliatis, resurgere volebat. Sed, dum bella civilia foris duraverunt, vani nixus fuisse videntur. Martio mense 1565 anni, Tanigius Sorin petit a scabinis præmium tribuendum Johanni Paon, qui lectiones in Universitati facit, tunc dicitur : « faulte de lecteurs et de professeurs des lettres... il ne se retyre que bien peu d'escolliers et pour ce icelle Université demeuroit presqu'inculte[2]. » Eodem anno, novembri mense, coram Ollivier de Brunvilla, locumtenente generali baillivi, majore perpetuo Cadomi, de modis restaurandæ Universitatis miseria temporis minutæ scabini deliberant[3]. Januario mense anni sequentis, Universitas adju-

1. Arch. Calv., C, 1566-1570.
2. *Arch. comm.*, Reg. hot. ville. c, 5, f° 42.
3. *Ibid.*, f° 103.

torium urbis adhuc petit, in lite ad Parlamenti curiam translato a Francisco Bourget de collegii Artium venditione : quod conceditur [1]. Anno 1568, tertium rector Nicolaus de Than, consensu procerum, aprili mense doctores, decanos, principales scholaresque in congregationem generalem vocat : tunc deliberatur de modis prohibendi ne respublica nostra litteraria, per incuriam et damnum detrimentum alioqui maximum sufferret. Omnium consensu, decani et doctores censuerunt exrectores cogendos esse ut intra breve tempus codicillos ederent [2]. Pauciores adhuc sunt scholares ; sub rectore sequenti, Johanne Champion, non sunt plus quam viginti, omnes Cadomenses.

Anni sequentes obscuri sunt, raris chartis servatis, nullis *Rectoriarum* registeriis ab anno 1568 ad 1575 annum exstantibus [3], *Conclusionum* registeriis deficientibus, etidem deliberationum scabinorum registeriis interruptis a quarto die decembris mensis 1568 anni ad tricesimum diem anni 1570 [4]. Cadomi tamen pax viget : quanta felicitas, si Franciæ toti et Normanniæ præsertim confertur urbs ! Urbs transibat, non quidem sine motibus aliquot, non sine quibusdam brevibus turbis, at certe quiete satis pro tempore, bella civilia quæ per regnum Caroli Noni et exordium regni Henrici Tertii aguntur. Catholici enim et reformati, conciliati, urbem firmiter, æqua mente, maxima cura servandæ pacis et fidelitatis Regi juratæ, ministrant. Heu ! tamen non tempora sunt prospera : taxationibus ingravatis, mercede et operis diversis minutis, militibus in domus civium collocatis ; bellum rus populatur et fores urbis pulsat, bona incolarum communia vastans [5].

Ab anno 1568, opinio reformatis infensa in aula regis prævalere incipit, decretaque pacem justam Ambosiæ

1. *Arch. comm.*, R. H. V. c. 5., f° 121 et 122.
2. *Rectories*, II, f° 226.
3. Cf. Fontes excursumque.
4. *Id.*
5. Beaujour, *op. cit.*, p. 107-142..... præsertim p. 215, et Carel, *Histoire de Caen sous Charles IX, Henri III, Henri IV*, p. 86, sqq., et Registeria deliberationum. (*Arch. comm.*, passim.)

lædunt. Septembri mense, vetatur ne in regno confiteantur aliam religionem quam catholicam [1]; edictum ab Universitatibus et judicatoriis officiis reformatos excludit [2]: quod confirmatur decreto nonæ et decimæ diei novembris [3]. Quæ in Universitate Cadomensi peracta sunt : quidam enim officiarii e muneribus sui expulsi fuerunt [4].

Anno sequenti tamen e Curia Rothomagensis Parlamenti prior suppositique jurium mandatum obtinebant, quod studiis legum civilium saltem favere multum videtur : « Dorenavant, nul ne sera reçu au serment d'office de judicature, soit au bailliage, viconté ou autre juridiction royale, ressortissant médiatement ou immédiatement à lad. Cour, ni au serment d'advocat aux dites juridictions, s'il n'est licencié en l'une des Facultés de droit civil ou canon, et que pour avoir acquis le degré de licencié, il ait étudié en fameuse Université par tel espace de temps qu'il est requis [5] ». Vetabatur autem professores promovere ad aliquem gradum scholarem sine examine severo.

Sancti Germani pax, octavo die augusti mensis 1570, exercitationem suæ religionis, in urbibus in quibus exercerent, concesserat reformatis. Sed Cadomi hæc exercitatio quæ a tertio octobris die 1568 anni cessabat, non iterum incipi potuit, et ecclesia ut quondam itinerabatur [6]. Rex reformatis infensus erat ; declaratio regalis quarti diei octobris reformatos vetuit scholam vel collegium habere, librarios vendere libros a Facultate theologiæ criminatos [7]. Sed hoc edictum Parisiis solum servatum est, ubi in pædagogia præsertim intendebatur [8]. Cadomi autem, ubi Universitatem destruxisset, non servatum est [9].

1. Isambert, xiv, 228.
2. *Ibid.*
3. Bulæus, vi, 673.
4. Quum inquiratur Universitas 1580 anno, scriba Guillelmus du Moulin dixit de officiariis : « pour ce que aucuns des officiers s'estoient trouvez de la nouvelle prétendue religion en l'an V^c LXVII et LXVIII, en leur lieu y en avoit esté commis et pourveu d'autres. » (*Arch. Calv.*, D, 50 (add), ed. Bénet, I, 315.
5. Arrêt du Parlement de Rouen, 27 avril 1569. (*Matrol.*, f° 43.)
6. Beaujour, *op. cit.*, 91.
7. Isambert, xiv, 230.
8. Bulæus, vi, 712.
9. Inquisitioni 1580 anni Godefridus Lelaboureur dicit se esse regentem

De annis sequentibus, quibus reformati terrebantur, cædibus Sancti Bartholemæi, nihil scimus : exercitatio religionis reformatæ in dominiis proximis Urbi in quæ ecclesia se transtulerat, interrupta fuit ad annum 1576 [1].

Per hoc tempus, in Universitate unus rector registeria reliquit, Jacobus Cahagnesius, unus e celeberrimis, unus horum qui maxime Universitatem diligebant : novus autem rector demonstrans quantum Universitas patiebatur hac negligentia abhinc sexdecim annos, conatur ut antiquus usus reviviscat « ut qui postea dictatoris munere fungerentur, intra quindecim dies a magistratus abdicatione, res omnes gestas scriptis mandare et in monumenta publica referre tenerentur ; quod si negligerent, honoribus, distributionibus omnibus privarentur, nullumque denique in Academia locum haberent, antequam de rebus gestis commentarios confecissent. Quod si qui essent adhuc superstites et plerique erant, qui olim rectores designati nihil annalium monumentis tradidissent, rogarentur si rerum gestarum memoriam nondum emisissent, id est, si adhuc in manibus haberent breviaria earum promptuaria, ea intra tres menses litteris consignarent et in publicos commentarios redigerent [2] ». Juraverunt tunc sexaginta et tres scholares ; Universitas paulum resurgere videtur.

Catholico autem animo Universitas, aut saltem rector, accensa videtur : « Anno eodem, calend. junii, comitiola, inquit Cahagnesius, per bidellum indixi, ostensurus, cum maxima ecclesiæ *catholicæ* offensione, horrendam quandam et nefandam de nato apud Babylonas Antechristo literam..... Ergo quia inde Universitas nostra maximum pateretur scandalum, petii ut judices ecclesiastici et doctores theologi ad quos præcipue hæc res spectabat diligenter inquirerent quinam tales literas sine authoritate regia, sine theologorum consensu in lucem ediderant et exposuerant. » Universitas igitur orthodoxæ fidei vota

a viginti sex annis semperque hanc professionem exercuisse. Inquisitioni 1583 anni, Nicolaus Le Vallois dicit se a triginta annis semper regentem fuisse in illa Universitate (ambo reformati erant). (*Arch. Calv.*, D, 50, *add.*, ed. Bénet, I, 311.)

1. Registeria ecclesiæ reformatæ tunc desunt.

2. *Breves commentarii*. Cf. Fontes.

videri volebat : ita conabatur forsan in gremium suum reducere scholares e provinciæ regionibus Altæ Normanniæ, in quibus reformatio non vigebat. Tunc quidam professores quondam reformati, ad catholicam religionem revertebant ; Cahagnesius ipse profecto reformatæ religioni adhæserat [1].

Universitas tamen anno sequenti reformatum adhuc vocat ad rectoris munus, Tanigium du Buisson, filium doctoris regentis jurium : juramenta adhuc sunt numerosiora [2].

Pax nova tamen hoc anno concluditur, quæ omnibus honoribus, officiisque reformatos sine juramento accipit, quæ omnes, sine religionis discretione, in universitates, collegia, scholas admitti jubet [3]. In Universitate Cadomensi, reformati doctores regentesque sunt adhuc numerosi : in jurium facultate omnes ; in Medicinæ facultate tres. Facultas tamen theologiæ impleta videtur, Philippo Mustello defuncto, a tribus novis professoribus, quorum religiosi duo Dominicanus et Carmelita [4]. Si non potest asseri, ut 1564 anno, reformatos potentiores esse in Universitate, saltem in Medicinæ facultate et jurium collegio eos præstare constat. Universitas tamen a quibusdam in provincia invisa erat, hæresis suspectæ. Nam octavo novembris mensis die ejusdem anni, congregatio urbis habita Rothomagi, ut deliberaret et statueret de articulis qui a deputatis urbis Trium Ordinum Conventioni generali Blesis sedenti proponerentur ; postquam petivit ut Rex suos subjectos in unionem et eamdem religionem reduceret, addidit : « Pareillement que les evesques de Lisieux et Bayeux conservateurs de l'Université de Caen procèdent à la réformation des suppots, régents et officiers d'icelle, y facent garder la discipline antérieure et donnent ordre que la jeunesse qui y est envoyée pour recevoir l'instruc-

1. Registeria du Bostaquet. (Arch. dep., C, 1567, f° 38 ; C, 1568, f° 22.) Anno 1571, 25 die februarii, celebratum fuit nuptium filiæ Jacobi Cahagnesii, in *prædicatu* loci Avenni facto, qua tunc sedebat ecclesia reformata Cadomensis.

2. Rothomagenses autem tres solum.

3. Édit de pacification de mai 1576, art. 11 et 17. — Isambert, xiv, 280.

4. Sub recteria Germani Jacobi. *(Arch. Calv.,* D, 91.)

tion ne soit imbue d'oppinions réprouvées[1]. » Rothomagi enim catholici ardentissimi præstabant. Mense sequenti, Universitas quasi satisfacere catholicis vellet, in honorem reponit « Palinodiæ agonem ». Congregatione in Funigerorum conventu habita octavo decembris die, rector, principis Podii laudibus celebratis, « enarravit quo devotionis affectu clarissimus ille princeps, religionis Christianæ studiosissimus ac litterarum atque litteratorum amantissimus in honorem Intemerati Virginis Conceptus præsentem hunc agonem fundaverat institueratque. » Agonis examen habitum fuit in Franciscanorum atriolo[2]. Sed post hanc catholicis satisfactionem datam, deputati, tertio et vicesimo die mensis martii 1577 anni, Nicolaum Le Valois, qui jam dictatoris munere fungebatur 1564 anno, cujus autem gesta tam violenter a catholicis criminata fuerant, rectorem eligunt[3]. Ita, ut scabini Cadomenses, ut burgenses ipsi, Universitas non tenere viam neutram inter duas professiones, sed eas vivere pati in suo gremio concorditer nitebatur

Cahagnesius posterius, bellis civilibus omnino sedatis, publica oratione dicebat, laudans suos cives (et laudes suis collegis referri possunt). « Fuit igitur hæc civitas Cadomensis, quantum meminisse possumus, felicissima, etiam in ipsis bellis civilibus quæ, ob religionis discidium anno sexagesimo novissimi sæculi incepta, ad ejusdem annum nonagesimum octavum duravere. Nam in his tristissimis et asperrimis temporibus per reciprocam benevolentiam sub edictis regiis sese continuit, et si Dei cultum excipias, unam mentem, unum animum ad urbis subitum directum habuit[4] ».

Universitas ceterum vehementer conabatur ut resurgeret ; plures erant professores qui Universitatem suam diligebant, eam reformare et ad pristinum splendorem reducere volebant : Jacobus Cahagnesius, medicinæ facultatis professor, qui registeria recte haberi jam jusserat,

1. DE BEAUREPAIRE, *Les États de Normandie sous Charles IX*, I, 272.
2. *Arch. Calv.*, D, 92.
3. *Arch. Calv.*, D, 92.
4. JAC. CAHAGNESIUS, *Oratio de unitate*, p. 9. Ipse quidem reformatus, postea catholicus fuisse videtur. Quidam Petrus Cahagnesius fuit religionis reformatæ illo tempore minister. *(Reg. du Bostaquet*, C, 1568.)

Buissonius Claudius et ejus filius Tanigius, qui posterius forsan nimis læsi sunt, in collegio jurium professores ; Jacobus Buyssonius, theologiæ facultatis decanus, Stephanus Onfroy, Artium decanus, Guillelmus de Troismonts, medicinæ decanus.

1576 anno, rectore Tanigio Buissonio, vocantur officiarii coram eo, ut qui bene custodissent bona Universitatis in officiis permanerent ; qui abessent seu negotia neglexissent, sua jura amitterent ; novi officiarii quidam nominantur, et a rectore collegia Sylvanum et Artium visitantur et principales observare decretum, rectore Drosæo redditum jubentur [1]. Rectore, eodem anno, Johanne Champion, quæstio facta est a rectore et decanis de miserabili statu Universitatis, de doctrina mala quæ in collegiis docebant ; et decani rectori consentiunt ut nitantur omnes Universitatem tueri et doctrinam in urbe servare, quum migrare scholares viderentur in proximorum vicorum parva pædagogia [2]. Rector le Valloys, qui ei successit, collegia iterum visit reparationes fieri jussit et regulam decrevit, ut compescerentur vitia quæ ea lædebant [3]. Johannes Bullonius, 1578 anno, collegium Sylvanum, cui iterum ruina impendet, visitat [4].

Sed vana concordia, vani consensus Urbis professorumque conatus fuerant : Universitas, dum durabant bella, non vigere florereque poterat, nec renasci et resurgere potuit antequam malis ejus miseriisque Rex et Curia Parlamenti Rothomagensis mederi vellent.

1. *Arch. Calv.*, D. 91.
2. *Ibid.*, 92.
3. *Ibid.*, 91.
4. *Ibid.*

QUARTUM CAPUT

REFORMATIONIS UNIVERSITATIS PROLEGOMENA
CADOMUS CUM ROTHOMAGO CERTAT

« O Cadomus, tu Neustriaci Cor orbis, ut Ingens Rotomagus caput. »

Cadomus, in Ant. Halley *opusculis*, p. 1.

I. Blesense edictum. — II. Principia restaurationis, 1579. — III. Rothomagus Cadomusque certant. — IV. 1583 anno quæstio facta a Parlamenti Rothomagensis deputatis.

I

Nesciverat Universitas vel nequiverat, suppositis ejus institutionem clericalem frangere non audentibus, Academia Reformatorum fieri. Sua vi non potuerat resurgere aut reformari. Ei opus fuit superiore vi, generali motu qui eam inveheret, ut clericalem et antiquam formam suam resumeret.

De lentis principiis hujus resurrectionis, Urbs, Parlamentum Rothomagi, Trium Ordinum provinciæ Conventus partem cum Universitate ceperunt, multi aulici, urbisque officiarii, Regisque consiliarii professores aut poetæ in ea personam sumpserunt, honorem gloriamque sibi ita profitentes. Universitatis igitur registeria et Urbis confer, eisque lectionem operum Valquelini Fraxinei, Ruxelii, Cahagnesii adde ; cave autem ne majus momentum præbeas his peculiaribus actionibus, quamvis sinceræ fuissent, quantascunque laudes mererentur hi qui tantam operam, tantum ingenium, peritiam solertiamque qua Valquelinus præcellebat, expenderunt. Historiam quidem Universitatis ne confundas cum ex his personis qualibet. Ejus autem resurrectio, restauratio, ut sæpius dictum est, reformatio, ut justius dices, pars fuit generalis motus, qui ceteras Universitates tunc involvit, e regia potestate propulsus. Monarchia

enim, post bella civilia, ut quinto decimo declinante, sexto decimo incipiente sæculo, conata est ut manum imponeret suam Universitatibus omnibus. Nata est quoque hæc nova reformatio e catholico motu qui, sub finem regni Henrici III, primum e Blesarum Generalibus Conventionibus Trium Ordinum, exoriebatur.

Notandum est nullum scriptorem Cadomensem, omnibus nimis curantibus de minimis rebus, quæ sub oculis suis agitabantur, de decreto multa Blesensi locutum esse ; unde tamen profecto ortum reformatio Universitatis habuit. His Trium Ordinum Conventionibus 1576 anni, regiæ catholicæque vires iterum coaluerant ; ita decretum de generali regimine regni, Blesense dictum, maio mense 1579 anni perscriptum fuit [1].

Plures articuli hujus decreti ad Universitates spectant : art. 67. « Certain nombre de personnages (seront) députés pour dedans six mois voir et visiter tous les privilèges octroyés aux Universités par les rois nos prédécesseurs, ensemble les fondations des collèges et la fondation du feu cardinal de Touteville *(sic)*, et ce fait, procéder à l'entière réformation et restablissement de l'exercice et discipline desdites Universitez et collèges, nonobstant oppositions ou appellations quelconques ». Art. 68 : « En chacune université, tous les ans seront faits principes et lectures ordinaires en chacune des facultés dont elle sera fondée, autrement sera interdite la provision des degrez en la faculté de laquelle les principes n'auront esté faits, ni les lectures ordinaires continuées ». Art. 80 : « Defendons aux superieurs, senieurs, principaux et regens de faire et permettre aux escoliers, ne autres quelconques, jouer farces, tragédies, comédies, fables et satyres, scènes ne autres iceux en latin ou français contenant lascivetez, injures, invectives, convices ne aucun scandale contre aucun estat public ou personne privée, sur peine de prison et punition corporelle ». Art. 81 : « Tout examen sera fait et chacun degré passé en public où se trouveront tous les maîtres et docteurs régents de la faculté, assistez des bedeaux, selon les anciennes solennitez et ceremonies.....

1. Isambert, *Recueil des anciennes lois françaises*, xiv, p. 330.

et ce sans faire de banquets. » Addamus autem art. 76, quo interdicitur de ambitu in electionibus ; art. 71, quo vetantur principales recipere in collegio suo maritos. Videtur igitur tunc exstitisse reformatio sincera quæ omnia vitia refellit Universitatibus nimis consuetudinaria aut e turbis belli civilis egressa. Notemus etiam articulum quo vetatur in Universitate Parisiensi legi vel gradus conferri in jure civili : quod Aurelianensis Universitatis privilegia confirmat, sed etiam Cadomensis interest.

II

A vere autem 1576 anni, Belliloci pace, ad mensem julium 1587 anni, quo Henricus Tertius exercitum suum petiit, arma relicta sunt, quibus temporibus quies renascenti Universitati favit in Urbe qua ceterum inter religiosas partes sedatio facta erat. Quænam fuerunt hujus restaurationis principia ? Si crederes J. Ruxelio, lues quæ Lutetiam tunc vastavit, Cadomum quam multos scholares rejecisset; quibus docendis ut provideretur, incolæ quidam Johanni Ruxelii amici renovare Universitatem conati essent, ac Fossæus, qui fuit Urbis deputatus, ad Trium Ordinum anni 1579 Conventum eos incitavisset ut a Rege peterent commissarios Universitati reformandæ præficiendos et subsidia tribuenda ejus operi ; quod concessisset Rex Universitati benevolens [1]. Sed notare oportet : 1° luem pestis de qua loquitur Ruxelius, Parisiis 1580 anni, vere solum evenisse [2]; — 2° chartis quæ ad legationem Fossæi ad Conventum Trium Ordinum 1579 anno, aut ejusdem Fossæi ut legati Trium Ordinum ad Parisios spectant, de Universitate nihil dici [3] ; — 3° item in codice Trium Ordinum Normanniæ novembris mensis 1579 anni [4]. Credo igitur nos certiores factos nullius rei ad resurrectionem Universitatis pertinentis ante 1580 annum, quum Curia Parlamenti, regiis voluntatibus et Blesensi decreto obediens,

1. Oratio prima, *J. Ruxelii opera*, 221-223.
2. Bulæus, VI, 773, et Quicherat, *Histoire de Sainte-Barbe*, II, 66.
3. *Arch. comm.* Reg. hot. ville, c. 19, f°s 19, 126, 127, 131, 133 ; c. 20, f° 1.
4. de Beaurepaire, *Les États de Normandie sous Henri III*, I, 115.

commissarios legit ad inquirendum de Universitate Cadomensi, Petrum Gemellum Lisaureum et Jacobum Corvaldinum. Qui, adjuncto Valquelino Fraxineo locumtente generali baillivi, octobri mense per tres dies, vicesimam et septimam, octavam et nonam, principales officiariosque regentesque Universitatis rogaverunt [1].

De officiariis quærunt commissarii præsertimque de receptore. Redditus autem modici Universitatis non illo tempore multum minuti esse videntur [2]. Tantum abest ut studia prospera esse videantur, ut duo sint solum collegia in quibus exerceantur. Collegium autem Clouterii scholaribus eget, quanquam in recenti generali congregatione candidati se proposuerunt ad obtinenda principalis, regentium et bursarum munera. In Sylvano autem collegio, quinque scholæ sunt grammaticæ rhetoricæque; ibi docent linguæ græcæ lector philosophiæque professor, Mr Johannes Cabart qui philosophiam docere in Artium facultate petiit. Cessaverunt exercitationes, brevi tempore ante 1579 annum, sed assiduæ nunc sunt, Johanne Collet principali. Collegium Artium quod Facultatis est, ab ea collocatur per certum tempus principali qui viginti solidos a quoque scholari percipit. Ibi sunt quatuor scholæ grammaticæ rhetoricæque et quoque philosophiæ professor et linguæ græcæ lector. In Artium facultate, cathedra philosophiæ sola indicatur, quæ ceterum præstabat, quia ejus doctrina baccalaureis ad licentiæ gradus adipiscendos necessaria erat. Quibus inquirendis per turbationes tempus necessarium professor brevius fecit.

In jurium collegio, quinque doctoribus numerus professorum impletur : qui sunt Claudius Buissonius, Johannes Paon, Johannes du Moncel, cœnobii Ardennæ religiosus,

1. Valquelinus Carolo de Bourgueville, socero suo 1572 anno successerat. (A. P. Lemercier, *op. cit.*, p. 54, et J. Travers, *Œuvres diverses en prose et en vers de J. Vauquelin*, p. xxviii.) Quæstio commissariorum invenitur. (*Arch. Calv.*, D, 50; *add.*, ed. Bénet, I, 311.)

2. Redditus Universitatis tunc ita haberi videntur : centum et decem libræ, inter quas viginti et octo relictæ a Stephano de Valle, ad condendum præmium Palinodiæ ; qui redditus extrahebantur e domo collocata, juxta Cordigerorum cœnobium sita, quadraginta libræ exsolvuntur a domino de Tourailles, alii redditus e quibusdam personis qui sæpe non regulariter exsolvunt : quidam sunt pauperes ; quidam debita negant.

Antonius de Merula, decanus Sepulchri Cadomensis et promotor episcopi Bajocensis, et Tanigius Buissonius ; nullus autem instituarius est, nullo candidato ad munus se proponente ; licentiati aliquot Instituta legunt. De doctrinæ cursu, regulatio 1521 anni desueta est a longinquo, Jus canonicum non docent, egentibus auditoribus. De gradibus adipiscendis statuta non observantur, non examen rigorosum est, tempus est brevius : quod vituperant commissarii. Unde videtur profecto relaxata fuisse studia, illo tempore, quod, deficientibus professoribus scholaribusque, et turbata provincia, non mirandum est.

Tricesima die octobris, extraordinaria conventio habetur, in qua sedent consiliarii sedis provincialis, scabini, regis officiarii, thesaurarii generales et duo professores Universitatis, Claudius Buissonius et Jacobus Cahagnesius, ut deliberaretur de modis instaurandæ et restituendæ Universitatis. Decretum est ut parochiæ cujusque incolæ, die Omnium Sanctorum, congregarentur legerentque deputatos qui ad Lisaureum præsidentem et Cadomensem baillivum sederent et de propositis rebus sententiam darent[1]. Quinto novembris die, Claudius Buissonius et Cahagnesius Jacobus iterum scabinos monent se ab Universitate deputatos esse, ut omnibus congregationibus de modis restaurandæ Universitatis habitis adsisterent[2]. Qui conventus sequente die habitus fuit, et sententiis a deputatis emissis, statutum est ut a Rege peteretur vectigal salinarium et præbendæ unius in quaque ecclesia cathedrali redditus aut religiosi unius in quoque cœnobio, ad exsolvendos professores regios in quinque facultatibus, et imo græcarum et hebraicarum litterarum et mathematicorum regentes in Universitate[3].

Normanniæ tamen Trium Ordinum Conventio in codice

1. *Arch.comm.*, R. H. V., c. 50, f° 1. In hoc conventu, sine dubio Lisaureus orationem enuntiavit quam quidam incolæ non æquo animo audierunt, timentes ne nova vectigalia sibi imponerentur. Oratio prima, *J. Ruxelii opera*, p. 225.

2. « Pour aviser aux moyens de rétablir et *ressourdre* l'Université. » (*Arch. comm.*, R, H, V, c. 20, f° 136.) — Falso Dupont, in suo Inventario legit : rétablir ou résoudre l'Université.

3. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 50, f° 4.

novembris mensis Regiam Majestatem humillime orabat « voulloir estendre sa main liberalle et donner quelque fundz et rentes pour gaiger des lecteurs qui seront par cy après mis en lad. Université veu qu'elle est une des plus anciennes de ce Royaume et *complette de toutes les cinq facultés, ce qui n'est en aucune de ce dit Royaume qu'en icelle* ». Petiit autem ut confirmarentur commissarii et tertius a Rege designaretur, qui potestatem plenariam ad reformandam Universitatem haberent, « et par especial leur donner pouvoir et auctorité de supplier et exhorter les Princes, Prélatz, Seigneurs, Gentilshommes et autres notables personnes, de faire quelque fondation de revenu annuel et perpétuel ou temporel..... sans toutesfoys entrer en cotisation ni taxe contre le voulloir, gré et volonté des personnes [1] ».

Valquelinus tamen, civibus suis consentientibus de petitionibus ad Regem mittendis, ad aulam ut eas duceret, Cadomo egressus est [2]. Re cum Lisaureo et Corvaldino communicata, Franciscum Doum primum petivit. « Hic, Fraxineo postquam adventus sui causam exposuisset, responsum dedit plenum humanitatis et benevolentiæ : complecteretur scripto quid vellet, id se delaturum ad aulicum Consilium et quidem privatim de tota re cum Regia majestate acturum [3] ». Sed Dous primum in his negotiis non successit, quia semper ei objiciebatur taxationes ita gravatum iri. Valquelinus tunc Chevernium Procancellarium adivit « eoque adduxit ut diceret sibi videri quod peteretur Reipublicæ salutare [4] ». Sed quum Fraxineus sibi videretur prætervectus omnes scopulos : « ecce autem nova tempestas exorta est. Nam cum nonnulli e superiore Normannia, qui tum forte aderant, intellexissent id agi, ut in annua stipendia, seu potius honoraria Professorum, vectigal licet tenuissimum, toti Provinciæ imponeretur, contendunt vehementer ne quid in ea re actore ordinum totius Provinciæ inaudito decerneretur, cujus

1. Ch. de Beaurepaire, *Les États de Normandie sous le règne de Henri III*, I, 101.
2. *Arch. comm.*, R. H. V., c, 20, f° 145.
3. Oratio prima, *J. Ruxelii opera*, p. 226.
4. *Id.*, 227.

intercessionem, tanquam tribunitiam, aperte imitabantur[1] ». Jam apparebat invidia quæ Normanniam superiorem adversus inferiorem invehit. Fraxineus autem conatus est demonstrare restaurationem Universitatis bonum esse totius Provinciæ, quæ tota vectigalium partem capere debebat. Ipseque causam inferioris Normanniæ sustinuit et litem obtinuit [2]. Vicesimo uno mensis aprilis die, anni 1581, Rex litteras decernebat, quæ Computorum consiliaribus et Curiæ Juvaminum Rothomagensi, thesaurariis generalibus Franciæ, scriniis fiscorum Cadomi et Rothomagi, baillivo Cadomi missæ, eos monebant Regem concessisse, per sex annos, decem turonenses libras de salis quoque minoto vendito in portubus, hordeis salinariis, et in provincia Normanorum, quod per annum mille aureos produceret [3]. Valquelinus statim « tanta redeundi cupiditate incensus est, ut ipsi nullæ quadrigæ satisfaciebant; afferebat enim donum suis civibus post urbem conditam longe præstantissimum [4] ». Eodem die, aliis litteris missis, Valquelinus tertius commissarius nominatus est ad restituendam Universitatem cum Gemello Lisaureo et Corvaldino[5].

Ex omnibus partibus conabantur viam et rationem invenire restaurandæ Universitatis: hoc tempore forsan, Carolus de Bras scripsit opusculum [6], in quo quum sine dubio crederet se remedia indicare, minutæ Universitatis causas exponebat ; quæ ei videntur esse tales : patres non filiis suis redditus dare ad studia ; decretum Consilii Privati ad nominationes pertinens non observatum esse ; deinde negligentes prælatos esse qui in Universitate collegia clericalia quondam florentia alere cessaverant, (a longinquo tempore, sine dubio ; nam de Bras juventutis suæ monumenta evocat).

1. *Id.*, 228.
2. *Id.*
3. « Coppie du premier octroy de l'Université ». (*Arch. Calv.*, D. 181.)
4. Oratio prima, *J. Ruxelii opera*, 229.
5. *Ibid.* et *Arch. comm.*, R. H. V., c. 21, f° 76.
6. Cujus est ille titulus: « Remonstrances de noble homme Charles de Bourgueville sieur de Bras... concernant l'état et les privilèges de l'Université ». *Arch. Calv.*, D 48, ed. Bénet, 1, 80 : anni 1587 hæc charta indicem fert; sed e scripto ipso Bénet juste conjecit hoc documentum anno 1581 redactum fuisse.

Anno 1582, nihil novi ad Universitatem spectans inceptum est ante septembrem, quamvis in martio mense, præsidens Lisaureus quod sibi tribueretur ad iter, viaturasque, etc., petiverit [1]. In septembri mense solum Cadomum venit, ubi a Valquelino aditus est [2]. Primo octobris die, congregati sunt scabini, præsentibus commissariis, deliberatum fuit collegia visitanda esse, et scabinos ut ratas haberent a Curiis supremis litteras regales, acturos esse [3]. De professoribus novis eligendis tractabatur ; Dous Cujam, celeberrimum jurisconsultum, ad Cadomum vocandum curabat, et Johannes Ruxelius amicus Valquelini, humanarum litterarum et juris civilis peritissimus, publici lectoris philosophiæ et poeticæ Artium Facultati munere ornabatur [4].

III

Sed quum jam opus quasi perfectum esse videretur, portum ingredientibus accidit ut adverso vento in altum rejicerentur. E Rothomagensibus quidem hæc evenerunt. « Nam quum, illis ipsis diebus, Conventus ordinum de more agerentur, in his eo fuit acrior quam in superioribus tempestas subeunda quo ex omnibus præfecturis legati in nos paratiores convenerant [5]. » Vectigal enim de sale exsolvere negabant [6]. Cadomensis deputatus primum clericos nobilesque adit, qui eum rejiciunt ; tunc ad plebeios venit, sed omnia malebant quam de augenda dignitate hujus Academiæ cogitare. « Quum ex iis nonnulli dicerent esse scholas apud se in quibus prima ætas multo commodius doceatur, alii gymnasia esse Cadomi *solutiora*, summam esse licentiam, nullam disciplinam qua studiosi contineantur in officio ; alii *nullum esse linguæ latinæ usum inter studiosos* ; alii denique alia quæ omnia eo spectabant,

1. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 23, f° 50.
2. *Ibid.* f° 131.
3. *Ibid*, f° 132.
4. *Ibid.* Johannes Ruxelius primam orationem in publica Artium aula dixit octobri mense 1582 : *Ruxelii opera*, p. 217.
5. Oratio secunda. *Ruxelii opera*, 243.
6. *Arch. comm.*, c. 23, f° 137.

ut universi in hujus Academiæ perniciem conjurasse videntur [1]. » Ita Rothomagenses periti hostes Universitatis, in eam crimina ferebant quibus jam catholici Cadomenses quondam utebantur. Nullam disciplinam, nullam linguæ latinæ usum, quo intelligendum est non solum studia neglecta esse, sed etiam, sed potius forsan, reformatorum disciplinam in ea præstitisse : grave crimen in hac parte provinciæ qua catholici acerrimi potiebantur, qua Lega jam instituta erat. Deputatus Cadomensis, solus adversus omnes, certabat. Lisaureus tamen ipse eum adjuvit ut auxilium peterent præsidentis Norvins, quondam Cadomi scholaris, qui judicavit « suam hanc esse patriam in qua jam, pridem suarum fortunarum sedem collocaverat », Carrugii quoque locumtenentis generalis in Normannia [2]. Nihilominus codicis postulationi hæc petitio inscripta fuit : « Et parce que les dits habitants de Caen ont cy devant obtenu de V. M. six deniers sur minot de sel pour l'entretenement de leur université qui tourneroit à la foule générale de tout le peuple de Normandie, lesdits États supplient V. M. révoquer ledit octroy, sinon pour le regard du grenier de ladite ville seulement [3]. »

Ut autem deputati qui codicem Conventus Trium Ordinum ferret opinio in aula oppugnaretur, Valquelinus iterum missus est « Is igitur, ait Ruxelius, quum accepisset nonnullos dicere rem nostram literariam in summum discrimen adductam esse, eum sibi putavit adeundum qui de postulatis Provinciæ apud Principem dicturus est [4]. At ille non occulte agere, aperte profiteri sibi videri querelam provincialium, qui in tanta tributorum vexatione, hoc etiam novo vectigalis genere onerentur, objecto nomine speciosæ cujusdam restitutionis litterarum, se ita sentire futurum fuisse consultum, ut in Galliis una tantum

1. Oratio secunda, *J. Ruxelii opera*, 244.

2. *Ibid.*, 245-246, de Carrugii titulis. Cf. DE BEAUREPAIRE, *Cahier des États de Normandie sous Henri III*, I, 15.

3. DE BEAUREPAIRE, *op. cit.*, II, 20.

4. Præsidens Faulcon. Cf. litteras Valquelini ad scabinos nono die decembris qua operam suam narrat. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 23, f° 165, *ed.* J. Travers, Œuvres diverses de *Jean Vauquelin, sieur de la Fresnaye* p. XLVI.

esset Lutetiana Academia quæ posita est in luce omnium gentium, in aspectu et quasi in sinu Principis; ab ea nihil esse periculi ne quid emanet ad perniciem hominum; at in istis remotioribus et quasi peregrinis scholis magnam esse cautionem ne juventus prave erudiatur, unde non solum vitia, sed etiam doctrinæ adulterinæ ingentes et nationes infundebantur [1] ».

Ita Parisiis, ut Rothomagi, videbatur Cadomensis Universitas hæresis suspicanda, et quum in hoc ævo regia potestas statim in catholica opinione niti conatura esset, hæc fama nocebat gymnasio nostro.

Quos autem sensus Valquelinus refellere conatur; de vectigali ostendit injuste queri altam Normanniam, si sibi imponatur : nam utilitatem incolæ capiunt, ex eo quod eorum liberi bonis artibus et disciplinis levi impensa instituuntur. Lutetiam vero laudat, arcem omnium bonarum litterarum vocans, sed ante multos hanc sententiam profert: « Expedire adolescentiæ educari ubi nati sunt [2]. » Præsertim hæresis crimen dissolvere conatur. « Academiæ Cadomensis hunc esse statum hodiernum, ut malis artibus nihil loci relictum videri possit; exstitisse tempus, quo ipsi ut et ceteræ Galliæ partes communi illo malo tanquam lue laboraverit, ne Lutetiam quidem fuisse expertem contagionis, sed posteaquam ex illis tenebris et caligine longo intervallo lucem in Republica respicere cœpimus, tantam in ea sananda fuisse adhibitam diligentiam ut pristinæ illius ægritudinis nullæ jam reliquiæ, nulla supersunt vestigia [3] ». Advocati vero peritioris quam veracioris sermonem ita Valquelinus loquitur. Dein ambitus post multos ad quosdam Regis consiliarios adque procancellarium, Valquelinus obtinuit ut Rex postulationibus provinciæ responderet : « Attendu que l'entretenement de lad. Université regarde le bien commun du païs, S. M. ne veut deroger à ladite levée destinée à cet effet [4]. »

Sed Universitas per longum adhuc tempus Regiæ liberalitatis fructu caruit. Non enim Regis rescripta rata

1. Oratio secunda, *Ruxelii opera*, p. 247.
2. Oratio secunda, *Ruxelii opera*, p. 248.
3. *Ibid.*
4. DE BEAUREPAIRE, *op. cit.*, II, 20.

fiebant a Præfectis rationum et Tribunis ærariis. Dionysius Pelloquin, vir ornatissimus, qui in civitate honestissimis muneribus fungebatur, Rothomagum migravit, ut id expediret, et post eum, multi alii, et iterum Nicolaus Fossæus Decurio [1]. Sed invisa erant Rothomagensibus omnia negotia ad Universitatem spectantia, cujus urbis civis quidam coram Fossæo quadam die exclamavit : « Heus ! tu ecquem vestris rebus modum constituistis ? ecquam vestram vultis esse civitatem ? unam minimum conflatam ex tribus Italiæ potentissimis, Neapoli, Genua et Patavio. » « Ad ea, inquit Ruxelius, legatus noster, quod esset res perridicula nihil aliud quam ridere [2]. » Cur autem tantum Cadomo de hac re Rothomagenses invidebant ? Sedibus nonne e suis transferri in ipsorum civitatem Academiam volebant ? Id autem pernegabant. « Intelligunt, inquit Ruxelius, maxima esse juventutis vitia, naturam profundere ejus ætatis cupiditates, quæ, nisi coerceantur, vix ferendæ et tolerabiles evadunt. Cum autem ipsorum magnopere intersit, pro tantis copiis degere in quieta civitate facile patiuntur se carere his omnibus commodis quæ nos cupide colligimus et aucupamur [3]. » Cadomenses tamen, quamvis quondam desperarent dona Universitati pollicita posse recipi, nihil negligebant ut causa bene succederet [4]. Scabini favorem Domini Jocundiæ ducis, Normanniæ gubernatoris qui urbem visitaturus veniebat, quæritabant [5]. Dein Lisaureus tam diu expectatus Cadomum iterum augusto mense venit. Sine dubio, non negotia urbis confecit, ut petebant gubernatores scabini ; sed hoc iter saltem alium ac novam quæstionem successum habuit ; commissarius novum modum ferebat qui resurrectioni Universitatis favit. Litteris enim regalibus licebat « accepter au nom de lad. Université toutz dons, legs et omosnes qui pour l'entretenement et augmentation

1. *Arch. comm.* (R. H. V., c. 23, f°s 142, 154, 227 ; c. 24, f° 90.)

2. Oratio secunda. *J. Ruxelii opera,* 254.

3. *Ibid.* 256.

4. *Ibid.* 257.

5. Litterarum peritissimos orabant, Cahagnesium et Ruxelium lectorem publicum ut carmina quum gallica tum latina ederent. (*Arch. comm.* R. H. V., c. 24, f° 1.)

d'icelle pourront estre faictz leguez et donnez par quelque personne. » Commissarii tunc receptorem vectigalis salinarii et denariorum quæ Universitati liberaliter in posterum darentur, legerunt Michaelem Angier [1], qui numerosa dona recepit, « dot perpétuel et inaliénable de l'Université. » Donatorum rotulus, cui primus inscribitur abbas Ardennæ, Universitatis suppositus fidelissimus, quorum erant plures Urbis officiarii, e pergamena charta factus est. Decretum fuit duas tabulas faciendas esse, « dont l'un sera apposé en lieu apparent en la maison et hotel commun de la ville et l'autre au chapitre du couvent des Frères Mineurs [2]. » E novis redditibus, commissarii aliquot professoribus, Johanni Ruxelio, antea jam electo professore eloquentiæ et litterarum humanarum, qui præterea nunc Instituarii munere functurus erat [3], Jacobo Cahagnesio, doctori professorique in Medicinæ facultate, in qua a novem annis docebat, Johanni Paon et Tanigio Buissonio, lectoribus in jure, Bosquet doctori et decano facultatis theologiæ, munera cesserunt. Collegia Sylvanum et Artium, ut regentes ibi nutrirentur, stipendia quoque recipiebant [4]. Ita autem munerata, Universitas sub tutela urbis ponitur. « Les deniers qui lui sont destinés tant par le Roi que par autres bienfaiteurs seront employés à l'avancement des Lettres et principalement des facultés qui seront trouvées plus nécessaires à la province et au bien public, et non ailleurs, sous peine aux ordonnateurs et receveur du quadruple de ce qui aurait été interverti, le tout applicable à l'Université. Les gages dessusdits pourront être augmentés, retranchés ou révoqués selon les mérites des professeurs par une délibération du bailli, de ses lieutenants, du procureur du Roi et des échevins et d'autres notables personnes qu'ils pourront appeler pour le bien de l'Université [5]. »

1. E gente celebrium typographorum Cadomensium. Cf. L. Delisle *L'imprimerie à Caen...*

2. Charte des dons et omosnes à l'Université de Caen. (*Arch. dép.*, D. 49 *ed.* Bénet 1, 81.)

3. Extraordinarius lector videtur esse, in collegio jurium et Facultate Artium ut lectores Collegii Galliæ.

4. Procès-verbal dressé par Pierre le Jumel. (*Arch. Calv.*, D, 49, ed. Bénet, 1, 310.)

5. *Ibid.*

Antequam Cadomum relinqueret, Lisaureus cum suo collega, Johanne Valquelino, novam quæstionem fieri de receptorum gestione et denariorum Universitatis usu jussit, quæ locumtenenti baillivi, Magistro Jacobo Blondel tributa fuit[1]. Qua augusti mense habita, nil novi inventum est. Receptores bonum denariorum usum probaverunt; crimina leviora erant : attamen numerosæ cappæ e violaceo texto quibus vestiebantur scholares qui magistri fiebant aut graduati erant in Artium facultate, perditæ erant! Quantæ dilapidationes! Si quidem Normani ipsi non fuissent, quæstores clamare possent :

Tous ces Normands voulaient se divertir de nous.

Nil quidem grave in hac causa e rumoribus orta amplificatis, sub toga latis, e parvo oppido egressis. Octobri mense, commissarii Cadomum redierunt, Corvaldini locum tenente Carolo Fabro, domino de la Gaillarde, consiliario Parlamenti Curiæ. Congregatione generali habita decimo et septimo die octobris, commissarii collegia et scholas publicas inspexerunt et orationibus Cahagnesii et Ruxelii adfuerunt. Audiverunt postea diversas querelas burgensium vel suppositorum, ipsique novam quæstionem ceperunt, quæ præsertim ad vitia, ambitus et exercitationes officiariorum pertinebat. Commissarii non reformationem novam inceperunt : quam curam ad Curiam retulerunt[2].

Sed e 1580 anni quæstione, e votis Trium Ordinum Normanniæ, ex Urbis petitionibus ambitibusque, Universitas salinarium vectigal receperat aprili mense 1581 anni ; ex itineribus commissariorum, e favore qua Cadomus suam Universitatem fovebat, ortus erat hic rotulus beneficiorum. Corporis rebus provisum erat, invitis Rothomagensibus, Regis et burgensium opera ; rebus animi nunc Parlamento providendum.

1. 13 août 1583, Ordonnance de Pierre le Jumel. (*Arch. Calv.*, D, 50, *add.*, II, *ed.* Bénet, I, 318.)

2. Informations par Nos Seigneurs du Parlement des abus qui se commetoient dans lad. Universitè. (*Arch. Calv.*, D, 50, *ed.* Bénet, I, 83.)

CAPUT QUINTUM

REFORMATIO 1586 ANNO A CURIA PARLAMENTI FACTA

« On a parfois présenté les parlementaires comme les adversaires de l'Université. Rien de plus inexact. Les Universités n'eurent pas au contraire d'amis plus éclairés. »

L. LIARD, *L'enseignement supérieur en France*, I, 91.

I. Reformationis principia 1583-1586. — II. Decretum Parlamenti: articuli ad collegia spectantes. — III. Ad Facultates et Universitatem. — IV. Conventus generalis octobris 1586.

I

Tres anni cesserunt, dum Universitas reformationem obtinuit quam Curiæ Normanniæ deputati polliciti erant: per quos annos Universitatem et Urbem, adjuvantibus Gubernatore Normanniæ et Curia suprema, Rothomagensis Generalitatis insidias fugere oportuit: quæ hostili animo intenta erat. Nam ex longinquo ambæ civitates æmulæ erant: Rothomagenses enim omni ope atque opera enixi sunt ut Curiæ non reciperent ratasque non haberent litteras regales quibus salinarium vectigal Universitati concessum erat, atque hoc edictum aboleretur a rege qui id decreverat. Normanniæ enim Trium Ordinum Conventus de hoc querelas emiserunt. Sed, in ipso Rothomago, Universitas patronos habebat, Lisaureum præsidentem operis sui perficiendi cupidum, in regia aula, Portesium poetam Regis domesticum. Cadomenses ceterum scabini meminerunt consilium quod jam unus ex his dederat: amicitiam donis coli, mensamque miserunt duci [1] Jocundiæ. Hic modus negotia agendi Lisaureum delectabat; bene meritus ac bene retributus nunquam fessus

1. Octobri mense 1583, *Arch. comm.* R. H. V., c. 24 fos 156-159.

erat, quum oportebat missos a Cadomensibus audiret, quibus autem libenter consilia dabat. « Il faut comprendre, scribebat scabinis, ce que M. Michel Angier a rapporté qu'il faut n'épargner un goujon pour pêcher un saumon [1]. »

Jam, antequam Cadomum veniret, Lisaureus jurisconsultum qui doctoris regentis munere fungi posset, invenire conabatur et scabinis mittebat filium celeberrimi Francisci Hotman, qui anno 1583 lectiones incepit [2]. In suis litteris, Lisaureus semper Curiam ad reformandam Universitatem intendere dicebat, sed tam diversas sententias occurrere, ut nihil effici posset [3]. Interea, niti oportebat ut salinarium vectigal Universitati servaretur ; et enimvero in codice Conventionis Trium Normanniæ ordinum mensis octobris 1583, legebatur quartus et tricesimus articulus iste : « Persistent pareillement à la requête ci devant faite à S. M. à ce qu'il lui plaise revoquer l'octroy fait aux habitants de Caen de dix deniers tournois par minot de sel pour l'entretenement de leur université, sauf à eux à le lever sur le grenier de la dite ville seulement et autres de ladite généralité qui le voudront consentir [4]. » De qua re monitos scabinos Lisaureus suadebat ut de hac re agerent cum duce Jocundiæ, litteras quæ iis ad ducem mittendæ erant, ipse scribens [5]. Scabini vero Regem sollicitare non dubitarunt per poetam Portesium, apud quem per litteras vicesimæ decembris mensis diei vehementer querebantur de invidia Rothomagensis Generalitatis, quæ, quum essent in ea quinque baillivi, Generalitati Cadomensi, cui duo solum essent, in Normanniæ Trium Ordinum conventionibus semper præstaret [6]. Rex anno anteriore responsum datum non mutavit [7]. Portesio scabini gratos se præbuerunt et mensam ei quoque miserunt [8].

1. Arch. comm., R. H. V., c. 24, f° 154.
2. *Ibid.*, f° 145 : cf. appendicem.
3. *Ibid.*, f° 207.
4. DE BEAUREPAIRE, *Cahier des États de Normandie sous Henri III*, II, 61.
5. Arch. comm., R H. V., c. 24, f° 101.
6. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 24, f° 197.
7. DE BEAUREPAIRE, *loc. cit.*
8. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 25, f° 63.

Litteras autem regales quæ, 1581 anno, tributum salis Cadomensi Universitati concesserant, ratas haberi oportebat a Curia Fiscali, quæ, quum ei missæ fuissent decima decembris die hæ litteræ, eas non inscripsit suis registeriis ante junium mensem sequentis anni [1]. Vectigalis autem pars Universitati tributa colligenda erat: de qua re curaverunt sæpe scabini, ex his enim quidam ad horrea salinaria iverunt [2].

Sequentibus annis, Cadomi minime studiis res faverunt. Pestis enim urbem læsit 1584 et 5 anno [3]. Lega catholica coaluit et Cadomenses cives Regi fideles (major saltem pars eorum) arma capere debuerunt [4]. Quidam tamen mos a commissariis deputatis institutus adhuc viget: sexta die octobris 1584, scabini, doctores regentes ad lectiones incipiendas vocant, pollicentes iis eadem munera quibus anno anteriore fruiti erant [5]. Itidem anno 1585, nono octobris die, coram Johanne Valquelino, præsente Blondel, vicesgerente privato, comparuerunt numerosi doctores regentes, qui tunc in Facultatibus aut collegiis legebant [6].

Illo tempore, Normanniæ Conventiones, quorum petitiones de salis tributo a Rege rejectæ erant, non ausi de iisdem repetere, ictum saltem Universitati impellere conatæ sunt, petentes ut nemo reciperetur exercitationi advocati muneris qui licentiatus gradum non obtinuisset. « Et pour éviter aux abus qui se peuvent commettre par les Docteurs et regents de l'Université de Caen et autres de ce royaume, qu'il leur ait deffendu de bailler aucun degrè à quelques personnes que ce soit, qu'ils n'aient fait un cours aux lois, fait répétitions publiques, actuellement et sans discontinuation estudié à la science dont ils veulent faire profession pendant l'espace de deux ans [7] ». Quod quidem Rex concessit [8]. Sed ad Universitatis utilitatem vertendum erat.

1. Arch. comm., c. 24, f°s 200 et 230.
2. *Ibid.*, c. 25, f° 2.
3. *Ibid.*, c. 25, f° 2, et c. 26, f° 48.
4. *Ibid.*
5. *Ibid.*, c. 50, f° 34.
6. Arch. Calv. D. 197, *ed.* Bénet, II, 98.
7. DE BEAUREPAIRE, *op. cit.* II, 121.
8. *Ibid.*

De studiis reformandis tamen Curia semper cogitabat. Tertia autem et decima die februarii 1586 anni, scabini articulos, quos in decreto pro Universitate reformanda a Curia præparato inseri volebant, redigunt, posteaque Curiæ mittunt [1].

II

Vicesimo altero die augusti 1586, Curia suprema reformationi Universitatis providebat decreto, cui ille titulus erat : « Arrest et reiglement de la Cour de Parlement sur les disciplines libérales de l'Université de Caen [2] », quod, decimo octobris die, publice perlectum fuit in conventu Universitatis generali.

In quo vero, nedum omnia quæ renascendis studiis et Universitati reformandæ incumbunt tractentur, nihil est de medicinæ, theologiæ et artium facultatibus. Hoc statuto enucleato ac bene composito, omnibus modis prosequitur Curia disciplinæ restitutionem, in collegiis præsertim, quibus impenduntur non minus quam 20 articuli ; etenim vero hoc tempore bellorum civilium, quum respublica discordia laborabat, quis miretur senatores de bona pædia curare ? Juris utriusque collegio, quinque etiam articuli servantur. Si autem Curiæ senatoribus operæ pretium fuit bene restituere juventutis pædagogium, de rebus quas discipuli docebuntur minime curant ; sed potius modo quo docebuntur student Semel enim, ac quasi forte, de re docenda tractatur, sed de disciplina non minus quam quinque articuli inscribuntur ; imo hominem, civem instituendum, potius curaverunt senatores quam discipulum erudiendum. Et primo civem catholicæ fidei deditum in collegiis formari voluit Curia. Neque in proœmio quidem decreti hujus, neque in articulis ullo modo læditur Religio reformata ; senatores non tam imperiti erant, qui illam fidem aggrederentur in urbe quæ ejus arx adhuc habebatur.

Sed catholicum propositum in hoc ipso primo articulo

1. Arch. comm., R. H. V., c. 25, f°s 190 et 191.
2. Arch. Calv. (D. 51, *ed.*, Bénet, I, 88.)

perspicue apparet : « Que, pour nourrir et exercer les enfants en la crainte de Dieu, les maintenir et entretenir en bonne discipline, et leur oster toute occasion de divaguer, il sera choisi sous le bon plaisir et authorité du sieur évesque de Bayeux, prélat diocésain et chancelier de ladite Université, en chacun college, un lieu propre pour servir de chapelle, où la messe et service divin sera célébré tous les jours, à sept heures du matin depuis la Saint-Denys jusques à Pasques, et à six heures après Pasques où assisteront de bonne heure les principaulx, régents, escoliers et domestiques du collège, et prendront garde lesdits principaulx que iceux escoliers soyent attentifs et apportent leurs heures audit service divin. Et en attendant l'establissement desdites chapelles, les régents de chaque classe conduiront leurs escoliers à la prochaine église, aux jours et heures cy-dessus déclarez. » Qui sensus in pluribus aliis articulis videntur : « Les principaulx ne souffriront dans les chambres et estudes de leurs collèges, tant des régents pédagogues que escoliers, livres réprouvés [1],.. Les régents tant artiens que grammairiens ne pourront lire ni interpréter aucuns livres sans l'advis des principaulx des colleges selon qu'ils seront convenables à leur classe, non reprouvez ne censures [2]... En chacune classe le principal députera un des escoliers observateurs, lequel rapportera journellement audit principal ceux qui n'auront assisté au divin service, et à graces, qui ne porteront et ne diront leurs heures, ou qui parleront langage français, tant en l'église, classes, salles [3]. »

Lædit quoque decretum antiquiores mores scholarium. Nefas est enim a regentibus pueros duci per campos, vel convivia haberi in collegio, vel ceterum in urbe [4]. Quæ liberæ scholasticæ consuetudines quas corruptelas parentes habebant, antiquiores nunc videntur atque arcentur a collegio jam clauso : « Qu'en chacun collège, y aura un portier entretenu aux despens du principal, auquel est

1. Art. 3.
2. Art. 11.
3. Art. 15. Notemus adhuc discipulos gratiis adesse coactos esse. (Art. 4.)
4. Art. 16.

défendu laisser sortir aucun escolier, sans le congé et permission dudit principal, lequel regardera à ne donner ledit congé sans cause raisonnable [1]. » Jam vero anni 1521, decretum choreis et in loco publico ludis interdixerat; theatro autem discipulos se dare nunc fas est [2] : « Et quelquefois l'année réciteront églogues, dialogues, comédies ou tragédies, lesquelles toutefois ne contiendront aucune lasciveté, villenie ni scandale contre aucun estat, ou personne sur peine de punition corporelle ou réparation telle que au cas appartiendra » [3] : quod monitum posterius Jesuitæ collegii Montani obliti fuerunt.

Habitum vero sordidum esse non licet : omnes qui puerorum disciplinæ tum studebant, seu catholicæ fidei, seu religioni reformatæ dediti erant, negligentiam quæ de hac re sæpius medio ævo in collegiis videbatur, vituperabant ac vetabant : « Et que les escoliers ne porteront dans les colleges chapeaux ni manteaux sans manches, mais auront bonets ronds ou tocques et robbes ou manteaux à manches vestues ou passées, avec la ceinture par dessus ; et ne laisseront les dits principaulx entrer aux collèges aucuns régents ou escoliers en habits indécents. [4] » Pædagogis sæpe in collegio comites sociique erant qui disciplinæ quoque submittebantur [5] Magistrorum autem habitus ac vestitus decreto illo instituuntur [6] : « Iceux principaulx et regents résideront dans leurs colleges, sans divaguer ni coucher dehors, et prendront leurs repas, comme aussi les escoliers, en la salle et table commune, si commodément faire se peut [7]. » Necessario non uxorati erunt magistri ac principales [8] ; « Est deffendu ausdits principaux ne per-

1. Art. 17. Cf. Quicherat, *Le Collège Sainte-Barbe*, II, 115.

2. In honore tunc habebatur theatrum a professoribus scholaribusque Universitatis; Jacobus Cahagnesius enim quædam opera quibus Plautum imitabatur composuerat : quorum personæ his annis sine dubio a juvenibus Cadomi optimarum gentium Universitatis scholaribus actæ fuerunt. Quæ opera in *Ms* Cahagnesii inveniuntur, et a A. Gasté « *Le théâtre dans l'Université de Caen* » edita fuerunt.

3. Ar. 13.

4. Art. 14.

5. *Ibid.*

6. Art. 8.

7. Art. 4.

8. Art. 2.

mettre que aucunes femmes ne demeurent dans les colleges sous pretexte du service ni autrement[1], ains se fera tout le service ordinaire et necessaire par pauvres enfants, lesquels par ce moyen pourront faire quelque prouffit aux lettres[2]. » Quorum numerosa exempla hoc ævo[3].

Professores ceterum principalis auctoritati submittuntur « en ce qui concerne la discipline et statuts de leurs collèges et observation du présent règlement[4] ». Qui principalis autem erit caput animusque collegii : senatores sine dubio meminerant hos principales illustres collegii Sancti Barbæ, hunc collegii conditorem Aquitanici Burdegali, qui pædagogi tam inclyti fuerant et collegia sua recondiderant[5].

Qui principales, electi ab eis ad quos jus nominationis pertinet, « doivent être personnes suffisans et capables, tant en doctrines que bonnes mœurs et non mariés, lesquels seront approuvez par le bailly de Caen ou son lieutenant, conservateur des privilèges royaux[6] ». Jubentur « visiter les chambres et estudes de leurs colleges, tant des regents, pedagogues que escoliers, et n'y souffrir armes, ni livres reprouvez, ni indignes de la discipline ecclesiastique, et tenir la main que les leçons soyent faites chacun jour par les regents en leurs classes sans intermission, et que la cloche sonne de bonne heure pour appeller chacun à son devoir[7]... Après le repas de chaque jour, il fait reciter par mémoire la leçon de chaque classe ; il fera dire les graces, et icelles dites sera procédé à la correction des négligents et délinquants[8] ». Statuto autem præscribuntur pretia impensa principali pro domo ciboque et pro scholaritate : « Ne pourront les principaulx des colleges, exiger des escoliers demeurans en leurs colleges, pour

1. Etenim a feminis quondam scandala in collegiis urbis Cadomensis evenerunt : ita in Sylvano collegio, ut narrat Bourmont, 182.
2. Art. 18.
3. Postel, Ramus. Cf. Lefranc, *Histoire du collège de France*, I, 132.
4. Art. 20.
5. Cf. Quicherat, *op. cit.*, et vicomte de Grouchy et E. Travers, *Étude sur N. de Grouchy*. Caen, in-8, 1878.
6. Art. 2.
7. Art. 3.
8. Art. 4.

le droit de la chambre ou estude, plus de deux escus par an, et pour le regard des autres escoliers demeurans hors les colleges, ne pourront recueillir *à la porte* plus de trois sols par moys de chacun pour le droit de escolage [1]. » A principali autem solo impertiebantur magistri regentes: « Il est defendu ausdits regents exiger aucune chose de leurs escoliers, directement ou indirectement, pour quelque occasion que ce soit, seront tenus toutesfois les escoliers honorer lesdits regents, chacun de demy écu sur et environ la feste de Sainct Martin d'hyver et un escu sur les festes de Penthecoste pour recognoistre de la bonne diligence et vigilance desdits régents [2] ». Ita curabant magistri ut numerosos discipulos haberent.

Jamdudum quæ in collegiis studia excolebantur, vidimus : græcæ linguæ studebant non minus quam latinæ: sed Cadomi in gymnasiis, ut in Genevensi collegio gallica tam eximia quam antiquitatis linguæ habebatur. Johannes Drosæus gallicam et latinam linguam pariter docendas esse scholares cogitabat [3]. Nunc latine vero loqui, latine scribere, latine cogitare discipulos vult Curia, et decreto suo eos in collegiis gallice loqui vetat ; in statuto legimus a scholari, quem observatorem vocant, designandos condiscipulos qui gallice loquerentur, quum in templo, tum in scholis, in cameris, in aulis, ceterisque locis collegiorum, ut corrigerentur et punirentur sine fraude a principali [4].

Quas autem res docendi et quo modo per singularem diem scholares exercendi essent, statutum decrevit: ex octava hora matutina ad decimam, e tertia pomeridiana ad quintam duæ scholæ sunt, in quibus auctores præsertim explicantur ; e decima matutina ad undecimam disputant de auctoribus matutine interpretatis recitatisque ; post prandium habetur repetitio in qua pueri de ordinariis lectionibus interrogantur, « et après les cinq heures leur bailleront un theme ou composition française pour mettre en usage les phrases et propriétéz

1. Art. 6.
2. Art. 16.
3. Cf. cap. II et III.
4. Art. 15.

de parler contenues en leurs leçons et soyent soigneux lesdits régents d'exercer souvent par telles compositions les escoliers et les admonester et corriger de leurs fautes, en sorte qu'ils deviennent bons grammairiens [1]. » Curia tamen optimarum disciplinarum mentem tuetur ;[2] nam examinari discipulos quoque anno, quum e classi in alteram transeant, jubet, quod, 1532 anno, rectore Johanne Drosæo jam Universitas præscripserat.

De modo autem docendi bene censuerunt senatores : pueros attentos habeant regentes, memoriæ colendæ studeant diligenter, jubentes crebro perrecitari lectiones, sine libro : stylum exerceant tum scriptis compositionibus tum orationibus, quæ singulis mensibus fient[3].

De bene et pudice educandis pueris curabant quoque magistri. Bona autem disciplina in paucis verbis constrictis et quidem enucleatis continetur, nec doctrina quam discipulo magister dabit meliore sententia claudi potest quam illa : « Et ne seront iceux régents moins soigneux d'instruire et bien former les mœurs de la jeunesse que de leur apprendre les lettres tant par bons exemples, que par admonitions, chastiant doucement de paroles ou excitant les négligents et tardifs, *et surtout qu'ils les instruisent d'estre véritables en leurs paroles et simples en leurs actions*[4]. » Hæc concisa verba quis non miretur ? quis melius unquam dixit de philosophia morali quam pueri docendi sunt. Ac notanda sunt hæc verba : « chastiant doucement de paroles », quibus suaviter potius monendos esse discipulos quam verberibus corrigendos Curia monet, quanquam istam consuetudinem per medium ævum magistris carissimam, non omnino statutum abolevit. Cadomensis Universitatis collegia tunc non erant similia claustris captivæ juventutis, quæ abhorruit Montaigne, nec fœdis quæ irrisit Rabelais.

Sed quum has optimas sententias tam bene dictas quam bene cogitatas miremur, istum *observatorem* vituperandum habemus, jam notatum, qui quidem Jesuitarum discipulus

1. Art. 9.
2. Art. 7.
3. Art.. 10 et 13.
4. Art. 12.

esse videtur. Sed, ut Curiæ indulgeamus, non obliviscendum est hoc sæculo novum morem esse pædagogorum Catholicorum vel aliorum cuidam puero qui inter discipulos enitebat, horum tuendorum jus et curam tribui. Tales sunt *decuriones* qui inveniuntur in quibusdam academiis a Reformatis institutis[1]; quos autem non abhorremus ut observatorem : pravum verbum et pravum onus.

III

Ita ordinantur novo conspicuoque modo Universitatis collegia statutis clarissimis. Nunc perlegemus articulos qui ad Universitatem ipsam pertinent. In juris utriusque collegio res docendæ non mutantur[2] : quarum docendarum cursus solum paulum innovatur. Doctores regentes septem quondam erant; quinque 1521 anni decreto, sex erant quorum duo jus cononicum profitebantur. Ex autem regentibus juris civilis, duo ordinarie legent ; tertius, homo doctus et ad scholares informandos idoneus, ad doctoris regentis apicem gratuito promovebitur: quartus autem ex aliis inclytis Universitatibus evocabitur[3]. In jurium enim collegio numerus regentium raro implebatur. Hi autem Normanni, gaudio studendi et honore laboris se non satis retributos esse cogitantes, onera beneficiaque juridictionum aut advocatorum, notariorum munera professoris operi anteferebant. Itaque statutum in usum et regulam ex aliena regione vocati professoris electionem vertit, ac postea lucere conabitur juris civilis facultas fulgore externo, petens professores ex Bituricensi Universitate, in qua Cujas, Balduinus enitebant, unde Cadomenses ipsi scientiam jurisconsultorum quæsiverant.

Curia autem regentes de docendi more sapienter monet, ut ceterum in 1521 anni statuto : « Et seront advertis lesdits régents d'estre faciles et clairs en leurs leçons, sans affecter l'obscurité[4]. » Et quidem e medio ævo egressi

1. Franck d'Arvert, *L'humanisme et la Réforme*, Revue internationale de l'enseignement, 15 juillet 1885.
2. Art. 26.
3. Art. 26 et 27.
4. Art. 29.

sumus, quo tempore eloquii obscuritas pro doctrina profunda habebatur. Dicit adhuc Curia: « Et admonester souvent les jeunes disciples de leur devoir et de s'adonner avec bonne et ferme intention à l'estude et la science en laquelle ils se seront appliquez, ne s'arrestans seulement aux livres, faisans une estude muette comme font plusieurs au grand destourbier de leurs estudes, mais fréquenter et ouïr en toute diligence leurs leçons ordinairement faites aux escoles et communiquer les docteurs des doubtes et difficultez qui se présenteront, lesquels aussi se monstreront faciles en communication aux escoliers et auditeurs, estant telle conférence des disciples avec le régent, mère instructive de toutes sciences [1]. »

In his verbis fulget enucleatus gallicus sermo, ut in scriptoribus hujus temporis. Vanis ita infecundisque disputationibus quondam usitatis, quibus adolescentes alacritatem animi impendebant et mentem sanam corrumpebant, sermones jucundi eloquiaque sincera inter magistrum et discipulum, vere Socrate Platoneque digna (saltem ut spero), quibus tradebat magister doctrinæ optimæ florem, discipuli accuratissimam mentem, anteferebantur. Antiquiores tamen disputationes non abolevit statutum ; publicæ quidem et solemnes exercitationes adhuc erunt necessariæ scholaribus ad gradus adipiscendos [2].

Omnia ceterum statuta quæ graduum ad collationem pertinent tuenda esse Curia decrevit, et examina ante gradus et litteras testimoniales omnesque antiquas formas [3]. Ut autem gradus sine fraude conferantur, Curia jubet sigilla singulæ facultatis in communi arca Universitatis reponi [4].

Ceteri articuli tantum prosequuntur vitia quæ multis querelis denuntiata erant : ut in collegiis restauratur principalis potestas, ita in Universitate rectoris imperium. Quare, statutis quidem non mutatis, Curia ita jubet : « L'election du recteur et autres officiers et supposts de l'Université sera faite suyvant les statuts anciens et sans

1. Art. 29.
2. Art. 30.
3. Art. 22.
4. Art. 24.

brigues, banquets et autres moyens sinistres, tendans à corruption des suffrages et voix. . Que, pour obvier à tout abus et inconvénients sera désormais choisi et esleu à la dignité de recteur celuy que l'on jugera estre le plus suffisant et capable, par recommandation d'aage, authorité, litérature et bonnes mœurs [1]. » Dein quo modo imperium exerceat, statutum præscribit ; quod quidem magni momenti erat : etenim vero statuta 1439 et 1457, de rectoris potestatibus non sufficienter tractaverant [2] : itaque deciderat rectoris auctoritas. « Il y aura regard, ait novum decretum, sur toute l'Université, pour admonester et les principaulx et les régents, mesmes les docteurs régents aux facultez, lesquels il cognoistra se porter négligemment en leurs charges, les advertissans de mieux faire leur devoir, et pour ouïr les plaintes, tant des escoliers et règents que pédagogues, et concilier les différents simultez qui pourroyent survenir entre eux et tenir la main à l'entretènement des statuts de ladite Université et des collèges, ensemble du présent règlement ; à laquelle fin lui est enjoint visiter les collèges deux fois pendant qu'il sera en ladite charge et ne pourra ledit recteur induire, ne faire congrégation extraordinaire sans la délibération des doyens des facultez ou de trois d'iceux [3] ».

Non possunt ab eodem plura officia teneri ; quæ tenentes in Cadomensi urbe residere oportet. Sunt duo receptores bursæ capitalis, unus cui antiqua, alter cui denaria recentiora a rege et Urbe data exsolventur [4].

Deinde sub tutela tuitioneque Curiæ Parlamenti Normanniæ itidem scabinorum et magistratuum urbis manet Universitas. Congregationes quæ jam fuerant præsidente

1. Art. 31 et 32.

2. Cf. Bourmont, *St. 1439*, § 10-13 : Nil de muneribus rectoris invenitur ; solum dicitur, § 12 : « Quodque jura privilegia libertates ipsius Universitatis, idem rector observabit et faciet ab aliis observari etiam cessando per quemcunque cujuscumque gradus aut conditionis existat ab omni abuso dictorum privilegiorum et insuper quod fideliter præfatum rectoris officium exercebit ». *Statutis 1457*, præter juramentum Supremo Pontifici Regique, nihil de numeribus. Muta sunt statuta de modo quo rector exerceat imperium.

3. Art. 32.

4. Art. 37

Cadomensi baillivo aut ejus vicesgerente 1584 et 1585 anno, quoque anno fient ; in illis conventionibus dicendum erat quod munus quisque magister mereretur [1]. Præterea : « le bailly de Caen, conservateur des privilèges royaux ou son lieutenant et notre procureur audit lieu s'informeront diligemment des contraventions au présent reiglement, et si besoin y est, envoyeront mémoires à nostre procureur general avec advertissement des occasions dont telles fautes seront procédées, afin d'y estre pourveu par nostre dite Cour [2]. » Dein statuta legenda sunt in quoque collegio bis per annum, et rector ea legi jubebit in congregatione generali quæ Sancti Dionysii festum sequetur : « Et s'il est trouvé qu'il y ait contravention seront admonestez les contrevenants ou negligents de mieux faire à l'advenir sous les peines au cas apartenant [3]. » Ad summum egregium hoc statutum testimonium erit sapientiæ Normanniæ Curiæ, quod opus inceptum anno 1521 prosequitur.

Notemus autem illud decretum non videri solum qua dam nova disciplina novaque doctrina imbutum quo Universitas resurgat, nobis contra videtur esse catholicæ reformationis mente animatum. Parlamentum Rothomagense in hoc statuto nititur ad fidei catholicæ et quoque auctoritatis regalis restaurationem quam Henricus Quartus perficiet in regno suo.

IV

Tertia et decima septembris ejusdem anni, Cadomenses scabini decreverunt conventum generalem habendum esse, in quo tractaretur cum doctoribus regentibusque de exsecutione decreti Parlamenti : professor legum peteretur Parisiis via affixionum [4]. Qui conventus habitus est tertio et vicesimo die septembris ; in quo decretum fuit ut institueretur in Universitate mathematicorum cathedra

1. Art. 39.
2. Art. 40.
3. Art. 41.
4. *Arch. comm.*, R. H. V., c. 27, f° 43.

in qua Onfroy, medicinæ doctor, sessit [1]; opus Renovationis ita perficiebatur.

Dein die decima octobris habita fuit congregatio generalis Universitatis restauratæ, in qua Valquelinus Fraxineus, qui hujus restaurationis princeps erat, orationem habuit satis celebrem de calumnia, quam gallice dixit; non volebat enim « latiniser en français », neque satis peritus latinæ linguæ, non ingredi volens, aiebat, « en la profonde mer de ces riches estrangers qui ne me sont plus si familiers qu'autrefoys, je feray comme les éléphants, lesquels ne pouvant nager et ayans crainte de se mettre à la merci des grandes eaux, se plaisent néantmoins à se pourmener aux rivages de la mer, à l'orée des lacs et aux bords des fleuves et des rivières [2]. »

Nonne miraris hunc sermonem gallicum in Universitatis congregatione solemni, quum latina lingua in honorem reposita erat? Sed imperitiam Valquelinus juste invocaverat. Utinam nobis licuisset elephantes et Valquelinum imitari!

1. Arch. Calv., D. 197, *ind* Bénet, II, 98. Arch. comm., R. H. V., c 50, f° 141 et *Ms. 160*. Bib. Mun. Cad., I. 49.

2. « *Oraison de ne croire légèrement à la calomnie.* » Quam orationem Valquelinus cancellario Chevernio dedicavit, quam edidit J. Travers, *Œuvres diverses*, p. 185, sqq.

CONCLUSIO

Hanc historiam ibi terminavimus : e qua quasdam conclusiones carpere nitemur. Universitas quæ prospera quondam in origine sua quum anglica erat, Rege Angliæ ei favente, fuerat, quæ prosperitate iterum fruita est XVIII sæculo, Jesuitis expulsis, quum scholares ex Hispania, præsertimque Germania, Belgica et boreis aliis regionibus numerosi Cadomum veniebant, quoque satis prospera fuit prima medietate XVI sæculi prosperitate vera sanaque, quæ non e materialibus rebus evehebatur, sed in intellectualibus lucebat.

Quam prosperitatem Universitas ipsa genuit. A regibus quondam derelicta sæpius, Universitas profecto patronum habuit Franciscum Primum, qui justa petentes bene recepit. Sed quidem regalis aulicusque favor ipse Universitati tributus fuit, quia studiorum Renovatione humanarumque litterarum cultu jam enitebat.

Religiosa Reformatio in hoc corpore humanis litteris imbuto, conveniens invenit alimentum. Ibi crevit, florem ejus libavit, arborem autem non cecidit. Sed ex Universitate regali et pontificali non factum fuit gymnasium reformatorum, pastorum seminarium in boreis locis, altera Geneva quam reformati speraverant. Peste ægra, procellis bellorum civilium inclinata, arbos umbram Parlamenti Curiæ et regalis potestatis quæsivit. In Universitate et in Urbe regalis fides fidei reformatæ præstitit. Parlamentum eam reduxit in pristinam suam formam, sed ut iterum cresceret, eam irrigavit novis disciplinis excellentibus quibus ceterum consentiebant catholici reformatique.

Ita, incipiente et finiente sæculo, regalis potestas in Universitatem manum imposuit suam. Sed intra has duas reformationes regales, vitam maxime propriam, idcirco maxime spectandam, Universitas degit: XVI sæculo, heroicum tempus egerat. Si, post reformationem 1586 anni, nova

prosperitate fruita fuit, hoc debuit tum reformationi Curiæ Parlamenti, tum memoriæ æquitatis in tolerandis religionibus, qua excelluerant burgenses Cadomi aut professores Universitatis hoc tempore turbato. Quare sæpe posterius visitata fuit a peregrinis scholaribus religionum reformatarum, Germanis, Anglis Batavisque præsertim, qui in boreas regiones famam ferebant Universitatis Athenarum Normanorum.

EXCURSUS.

RECTORIARUM CONCLUSIONUMQUE REGISTERIORUM QUÆDAM INTERRUPTIONES.

In *Rectoriarum* registerio, tertia sub dictatura Nicolai de Than legimus : « Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die decimo quarto mensis aprilis post Pascha, in congregatione generali ejusdem Universitatis », decani et doctores censuerunt « cogendos esse exrectores ut, intra breve tempus, qui nihil abhinc octo annis intra breviaria Universitatis reposuerunt, suos codicillos edant et intra librum decretorum ejusdem Universitatis conscribant[1] ». Ita in 1567, querebatur Universitas nullas conclusiones redactas fuisse abhinc octo annis, id est 1559, unde possumus ipsi concludere : Conclusiones scriptas esse usque ad 1559. Conclusiones enim quæ tunc registeriis *Conclusionum* non inscriptæ sunt, inveniuntur in *Rectoriis* ab anno 1553 ad 1559 (septembrem mensem) ; quædam tamen rectoriæ desunt : ab aprili mense 1554 ad octobrem 1556 ; desunt quoque Bigotii electi rectoris octobri mense 1558 conclusa.

Notemus autem non solum ab anno 1553 continuo modo, sed ab anno 1543, sæpe inscriptas fuisse conclusiones rectorum registeriis Rectoriarum ; itaque, in *Rectoriis* II, f° 155, invenimus : « *De rebus in Universitate gestis commentarium Marini Viquetii* ». Quod videretur inscribendum fuisse conclusionum registerio. Ab eo anno 1543, Rectoriæ numerosas relationes congregationum generalium continent ; antea vero ibi sunt solum nomina et cognomina juratorum pro scholaritate et usu privilegiorum, post graduatorum juramenta, dein novi rectoris electionis simplex relatio.

Post verba quæ ad Bigotii conclusa referuntur, legimus : « Non desunt et ea quæ gessit Maregius dum dictatorem ageret. » Sed *non* additum fuit posterius, ita conclusa Maregii defuerunt quoque ; posterius vero, sine dubio post conclusionem captam per dictaturam tertiam Nicolai de Than, scripta et addita fuerunt libro *Rectoriarum* sub isto titulo : « *Monumenta eorum quæ gesta sunt in Universitate*

1. Arch. Calv, D. 91.

Cadomensi rectore Magistro Beroaldo Marege. » Addita fuerunt quoque posterius profecto conclusa rectoris sequentis, Magistri Buissonii. Postea desunt conclusa rectoriæque usque ad secundam dictaturam Nicolai de Than, qui per dictaturam tertiam ab exrectoribus scriptos codicillos petiit, et sine dubio ipse exemplum dedit. Rectoriæ sparsæ quædam inveniuntur ab anno 1575 ad 1578, quas in « *Fontibus* » indiximus.

APPENDICES. — DOCUMENTA INEDITA.

I

Carolus octavus ab Universitate Cadomensi receptus.

Conclusionum reg., I, f° 128.
Archiv. Calv., D., 65.

Rectoria Magistri Johannis Osmont Constanciensis diœcesis in sacra pagina licentiati et in artibus magistri.

Ejusdem anni 1488 et mensis decima nona die fuit Universitas sollemniter congregata post lectiones ordinarias apud Minores super tribus articulis.... Quantum ad primum articulum, placuit Universitati et ita in conclusum fuit ut cum omni reverentia et honore possibili, uti licitum et juri consentaneum, reciperetur Christianissimus dominus noster Rex et princeps noster naturalis, inter ulnas suæ legittimæ filiæ et naturalis Universitatis Cadomensis, quodque rector cum omnibus decanis doctoribus magistris ac scolaribus in habitu decenti, cum capis, virgis et ceteris ornamentis extra portam Civitatis non longe tamen serenissimæ majestati obviam procederet et coram eo proponeret paucis verbis suo jocundissimo adventui hylariter congratulando. Quod quidem ita factum est. Insuper deputavit Universitas Reverendum magistrum nostrum magistrum Quentinum Fabri, magne facundie in sacris litteris professorem dignissimum, ad proponendum coram regia majestate in crastino sui accessus apud suum hospitium. Quod ita factum est, in præsentia rectoris ceterorumque dominorum de Universitate presentando sibi articulos ex parte Universitatis per egrègios viros atque disertissimos juris peritos, dominum conservatorem et dominum de Ravenovilla confectos. Deputavit insuper acutissimum sacræ paginæ professorem magistrum Jocobum Avainne ad proponendum coram illustri principe domino duce de Alençonio, quod etiam factum est in præsentia rectoris et quam plurimorum dominorum de Universitate. Præsentando etiam articulos ex parte Universitatis quos benigne suscepit, licet scripto effectum non concesserit. Propósuerunt rursus non minus quam eleganter multum famatissimi doctores, videlicet magister Johannes le Riche, artium et medicinæ doctor commendatissimus, coram egregio viro ac domino domino de Gravilla, Admiraldo Francie tutissimo, et præfatus reverendus magister noster, magister Quentinus, coram dignissimo

præsule ac reverendo in Christo patre domino archiepiscopo *de Bordeaulx (sic)*, tunc consiliario et cancellario in Curia regis, multique alii notabiles doctores et magistri ad visitandum alios dominos fuerunt, per Universitatem prout videretur oportunum et secundum arbitrium Rectoris deputati, sic omnia hunc articulum concernentia bene facta fuere.....

OSMONT JOHANNES.

II. f° 125 verso.

Anni ejusdem mensis novembris die decima septima, loco et hora supradictis fuit Universitas debite congregata supra duobus articulis. Primus supra aliquibus honorem et utilitatem Universitatis concernentibus... Quantum ad primum, aperto per rectorem qualiter super articulis regiæ celsitudini Christianissimi Domini nostri rege et illustrissimo principi domino duce de Alenconio ex parte pertinere Universitati præsentatis nullum prorsus consequi potuerat affectum. Quanquam verbotenus multa nobis promisisset bona et hoc ut ferebatur propter domini cancellarii tunc a Curia regis absentiam, prout nec domini burgenses Cadomenses in suis requestis pariformiter quemcumque poterant a regia majestate affectum reportasse votivum. Qua de re nonnullos notabiles hujus oppidi cives inter se corditer elegerant ad Regiam majestatem apud Rothomagum pro litteris suarum supplicationum expediendis satis subito transituros »[1],

II

REGENTES QUI JURAMENTA PRÆSTITERUNT 1533, ANNO POST ITER FRANSCISCI PRIMI

(Concl. II, f° 187.)

Rectoria Stephani Bougon in ædibus magister ac sacris in litteris baccalaurei.

THEOLOGIÆ FACULTAS

Mag. Castellanus le Cordier, pro Gulielmo du Quesnay, propter infirmitates excusatus, et Johannes du Vergier, absens.
Petrus de Gremio.

JURIS PONTIFICEI FACULTAS

Johannes Gaudin.
Petrus Lalongny.

1. Universitas legatos misit ad Rothomagum, qui quidem nil e Rege obtinuerunt.

JURIS CÆSAREI FACULTAS

Decanus Franciscus Cabart.

MEDICINÆ FACULTAS

Johannes Rogier.
Romanus Leonard, abs.
Johannes le Corsu.
Johannes Bridel.
Johannes Huet.

ARTIUM FACULTAS

Stephanus Bougon, rector.
Mr Guillermus Coullebeuf, decanus.
Castellanus le Cordier, primarius collegialis Montanæ.
Reginaldus Maxienne, primarius domus collegialis vulgo dicte de Bosco.
Petrus Legrand.
Quintinus Roussel.
David Jores.
Robertus Goullé.
Johannes le Guinguestres.
Guillelmus Dognesse.
Johannes Maheult
Leporchier
Michel Leonard, primarius collegii Bouet.

III

IN UNIVERSITATE HOERESIS

(Concl. II, f° 165.)

Dictatura Magistri Davidis Jorii Condetani subviriaci in diœcesi Bajocensi orti, in sacris litteris bacchalaureatus ministerio initiati ac in pedagogio Sylvano grammaticam profitentis.

Eodem anno (1531) 4° calendas octobris. Dictatoris imperio propter negocium necessitatemque, bona tum doctorum tum aliorum eorumque gravissimorum virorum cum singulorum classium decanis pars in templum S^ti Francisci ingressa sub organis consedit. Qui quidem venenosa hæreseos labe tum urbibus, tum in agris ac ubivis gentium totas academiæ nostræ Cad. centurias falso Nicolaus Roussinus præses cœnobii franciscane gentis insimulaverat. Quod

autem nusquam non de nobis male cogitavit, ac nos male audire apud quoslibet tentavit, id in causa est. Siquidem in albo nec erat nec poterat, ne dicam, indignus erat. Eo enim glorie estro stimuloque punguntur ac exagitantur qui Lutetie in aliqua arte magisterii insigniuntur ut præ se reliquos ne nucis quidem pertuse facere videantur. Unde ab his Roussinus non degeneravit, quippe qui ejusdem farinæ permansit ac in eternum persistet, tametsi spe lusus sua, quod enim importune diu quæsiit, tandem invenit, sed ad rem impudens factionisque Lutherannæ fautor, cujus hactenus nomen delituit in valvis Franciscanorum positiones lutherannas ac a Christianis abhorrentes affixerat, has autem refixas tum Lutetie, tum Rothomagi, tum in pagis quibusque Roussinus monstravit, ac virus saniemque qua gravidus erat evomens ac expuens, cum in nos tuncque debaccharetur et gravissimis viris et plebi indocto Cadomi hæresim qua semper ea caruit et cujus nomen nondum ad nostras aures venerat, eas indicavit ac exposuit. Huc pertinet quod et eo dementie venerit ut nos omnes se aucthore castigatum iri, ac quod dicunt reformatum iri jactaret. In eo corpusculo tantum animi vel potius dementie occultabatur. Hujus rei fama ad nos volavit, a procuratore citatus adfuit positiones accepisse confessus, nostram gentem non vituperasse dixit. Cum ergo in eum jure ageretur, senatum Rothomagensem appellavit. Verum palam id neglexit. Deinde die stato non adfuit. Idcirco suspensus ac excommunicatus est, cujus quidem rei hic et illic in valvis monumentum affixum est. Deinde a curia Rothomagea mandatum quo absolveretur, impetravit. Interim tamen nec eo quod petierat potitus, rebus muneribusque divinis minime abstinuit. Postremum alias positiones in scholis theologiæ excutiendas a valvis refixit, nec deinde ab eo cessatum est suam virulentiam expuere. Proinde coram dictatore doctoribusque theologie ac aliis vocatus, se id fecisse confessus est locosque tres esse vel hæreticos scandalosos. Conturbata ergo tota Cad. Academia, Petrus Messier classis franciscane minister interim accessit. Is enim cœnobia franciscana ex ordine visebat ut innovaret ac instauraret, si quid instaurandum esset. Statim vocatus est, qui audita Roussini andacia ausuque obstupuit. Proinde jus postulantem exequi voluit, alio tamen die. Proinde, 4° cal. 8bris de Roussino coram dictatore doctoribusque ac decanis magnaque scholasticorum multitudine minister hanc sententiam tulit. Ea est videlicet, flexis duobus poplitibus, peccatum suum agnosceret alioque commigraret. Idque ad tempus ad hoc monumentum quo se ab anathemate solutum exhiberet eidem sumendum synodus celebraretur. Idem abdicaretur sententia lata est, quod autem statim Roussinus non abiret, pax in causa fuit. Hanc autem sententiam utpote justam et equam genibus omnium que maxima erat multitudo, idem obvolutus accepit.

IV

Petitio civis cujusdam cadomensis ut bidellus Universitatis recipiatur (mail mense 1530)

Arch, Calv,, D, *Collège des Droits*.

Requête de Noel *Bellin* bourgeois de Caen que come qu'il soyt a moy qu'il ait pleu a Messieurs les principaux, doiens et docteurs du college de chacun droict luy donner et conserver un de leurs offices de bedeau ainsi qu'il apparaît par la lettre de ce faicte en dabte du cinquiéme jour de ce present mois de mai 1530, qu'il vous plaist de votre benigne et accoutumée benivolenté avoir aggreable icelle institution et le immatriculer au livre avecque les aultres officiers, serviteurs et messagiers de votre dicte Université, ce faisant le obligerez à prier Dieu pour la conservation de voz très dignes humanitez et à garder et à rendre ladite Université indemne de tous dommages et procès, sy aucuns a l'occasion de ce en sortoyent.

V

Fœdus Universitatis burgensiumque de officiis octavo aprilis mensis die 1540 anni (1541 n. s.)

Arch. Comm. c. 1. f° 92 verso.

Du vendredi 8e jour d'avril avant Pasques oudit an 1540, en lad. maison de ville devant Mond. seigneur le bailly es presence desdits seigneurs advocat du Roy, Tremblay, de la Bigne, Morin et Pelletier.

Après avoir mis en dellibération l'appoinctement pourparlé entre lad. ville d'une part et l'Université d'autre pour le descord des previlleges, le procureur général de lad. Université et autres officiers d'icelle il a été ordonné que les articles cy contre declarées que lad. ville entend estre comprinses oudit appointement seront communiquées ausd. de l'Université pour par eulx en faire leur récit.....

Item que les docteurs et licenciés faisant traffique de marchandise paieront les aydes tant anciennes que nouvelles.

Item que du nombre des quatre bedeaux de lois et décret y en aient deux escolliers non mariés et les deux autres de la quallité contenue en l'apointement fait en l'an mil cinq cent et sept.

Que tous prévillégiés et non prévillégiés paieront l'ayde ancienne des boyres qu'ils vendront au détail.

1. Hoc nomen invenitur inter burgenses Cadomenses, in quadam deliberatione a de Bras data in opere suo, p. 193.

Item que pour l'advenir ne sera pourveu par ladite Université aucun officier s'il n'est capable dudit office, et exerçant actuellement icelluy office.

Item que les veufves qui se vouldroient exempter desdites sommes soubs ombre de prévillèges de leurs feux marys paieront les dictes aydes nonobstant leurs allégations.

Item que les marchans previllegiés qui feront trayn de marchandises de beurres paieront au portehors seullement.

VI

Deliberatio urbis consilii de Universitatis resurrectione (1580)

Arch. com. R. 50, f. 3 v°.

Du Dymenche VI° jour de Novembre, l'an 1580, Présidence de M. Dungy, lieutenant particulier. MM. de la Serre et Verigny, MM. Beaulart et Line, gouverneurs échevins, de Flavigny, contrôleur, Le Vallois, procureur syndic.....

Est aussi conféré des autres moyens que l'on pourrait adviser pour parvenir au restablissement et augmentation de ladite Université comme est de trouver deniers et moyens de gager des lecteurs et professeurs affin d'y atirer les escholiers et par ce moien rendre celle Université plus fameuse non seulement aux cinq facultez desquelles elle est composée, mais aussi pour y entretenir et gager des *lecteurs publics tant aux lettres grecques et hebraïques que mesme aux mathematiques*. Sur quoy il a été conclud et arresté qu'il sera dressé divers articles de ce qui se trouvera être conforme à ce qui a esté consenti par lesdits délégués dessirant d'obtenir quelque tribut sur le sel, en oultre l'opinion des Estats de Bloys décidant de prendre sur les eveschés et abbaies de ceste province le revenu d'une prébende sur chaque église cathedralle ou collegialle et sur chaque abbaye la pension d'un religieux, lesquels articles seront envoiez auxdits délégués, Vendredi matin, jour Saint-Martin, affin de les délibérer antre les paroisses, et s'ils sont trouvez bons, les mettre vers le délégué de cette viconté allant aux Estats, affin d'en faire poursuite auxdits États.

VII

Rothomagi et Cadomi certatio

Arch. com. R. H. V. : c. 24, f° 197.

Litteræ ad poetam Portesium a scabinis Cadomi missæ (apographum)

Monsieur, vous avez pu entendre comme il a pleu à Sa Majesté puis trois ans en ça nous accorder ung petit octroy de dix deniers sur chascun minot de sel vendu et distribué es greniers de ceste province pour les deniers en provenant estre employes à l'entretenc-

ment des regentz lecteurs et professeurs en nostre université à la perception duquel plusieurs se sont efforces nous donner empeschement et entre aultres en l'année passée au cayer que présenterent à à Sad Majesté les députés des Trois Estats de lad. province il fut employé ung article pour demander revocation dud. octroy par les menees et pratiques de ceux de la generallite de Rouen, envieulx de nostre bien, lesquels emportent tousiours en ladite assemblée d'estats la pluralité de voix pour y avoir en icelle généralité cinq bailliages et en ceste générallité de Caen deux seullement. Toutesfois, par le moyen et faveur de Monseigneur de Joyeuse et de vous qui en priastes Monsieur le Président Faulcon, Sa Majesté fit response sur led. article qu'elle voulloit et entendoit que led. octroy fut levé selon et ainsi qu'elle l'avoit concedé pour estre employé aud. office : suyvant quoy nous en avons jusqu'ici jouy et jouissons. Néantmoins, lesdits de la generalite de Rouen continuent leur mauvaise volonte à nostre endroit, ont derechef faist mettre pareil article au cayer de l'année présente pour la revocation dud. octroy. Qui faist que nous envoyons l'ung des nostres expres pour implorer l'aide et faveur de Mondit Seigneur de Joyeuse auquel nous en escripvons affin d'empescher que ledit article ne leur soit accordé, ains qu'il plaise à Sad. Majesté y faire pareille ou meilleure responce que celle de l'année dernière qui contient confirmation dud. octroy et d'autant, Monsieur, que oultre la faveur que vous a pleu nous promectre en toutes nos affaires, nous scavons combien particullièrement vous desirez favorizer aux choses qui concernent l'avancement des bonnes lettres comme vrai amateur et fauteur d'icelles, nous vous avons escript la presente pour vous supplier de recommander d'autant plus ce faict à Monsieur Seiguier et vous mesmes vous y employer pour en parler à Nossieurs du Conseil, et spéciallement ceulx qui seront commis par Sad. Majesté pour faire la responce dud. cayer et leur faire entendre la carence dud. octroy, le bon et saint effet auquel il est destine et combien sont mal recommandables ceulx qui y vueillent mestre empeschement et faire en sorte qus la responce soit telle sur led. article qu'elle couppe pied à tous malveillants de y pouvoir plus mettre aulcun contredit à l'advenir, ne doubtans point que Monseigneur le duc et de son mouvement et excité par nous nayt en ce faict une tres bonne volonte comme aussi il y a toute puissance. Nous asseurons donc desia de l'yssue telle que desirons, dont nous vous demeurerons infiniment obligés. Faisant fin après nous avoir présenté nos tres humbles recommandations, nous prions Dieu qu'il vous doint, Monsieur, une parfaicte sante, longue et heureuse vie.

De l'hostel commun de la ville de Caen, le 25 décembre 1583.

Vos obéissants serviteurs,

les conseillers gouverneurs eschevins de la ville de Caen.

VIII

Receptio Hotmani ut professoris

Arch. comm. R. H. V. : c. 25 f° 183.

A Monsieur, Monsieur de Lysores, conseiller du Roy en son Conseil d'Estat et president de la Cour de Parlement de Rouen

Monsieur,

Combien que vous soyez amplement informé par la lettre que Monsieur le lieutenant general vous escript comme toutes choses se sont passées jusqu'ici pour le faict de Monsieur Hottoman, néantmoins dautant que vous a pleu nous en escripre particulierement nous avons estimé qu'il estoit de nostre devoir d'accompagner sa lettre de notre presente pour vous faire entendre que, estant ledit sieur Hottoman arrivé en ceste ville nous allasme le trouver en l'hostellerie ou il estoit descendu et le priasmes que a sa commodité nous luy fissions compagnie pour aller trouver Monsieur le Lieutenant general. Ce qui fust faict et y estant lui fismes offre de l'accommoder de logis en maison privée mesmes de deniers en attendant que on traicteroit avec lui plus amplement des conditions soubz lesquelles il desireroit demeurer avec nous. Mais il nous remercia de nos offres et nous dist qu'il deliberoit se retirer pour quelcques jours, au logis de Monsieur Collin lequel a quelque maniement d'affaires pour Messieurs les Hottomants ses parents et pendant sa demeure audit logis faire quelcques lecons affin que on peust juger de sa suffisance et erudition et sur ce resouldre si on vouldroit le retenir ou non et que plustot il ne vonlloit entrer en aulcun traicte entre nous. Les jours suivants assignes pour lesdites lecons lesquelles il a faictes en l'escolle publique des artz le mardy, jeudy et sabmedy apres midy XXII, XXIIII, XXVI jours du mois de novembre dernier ou il a este receu avec tout honneur quil nous a éste possible ayant este la dite escolle honorablement tapissee et ayant eu pour auditeurs presque tous les officiers du roy, tant de la justice que finances de ladite ville, ceulx de nostre corps de ville, ceulx de l'Université, recteur, docteurs, regentz et professeurs de toutes les facultes à tous lesquels avoient este prepares sieges honorables distinguez selon les corps et ordres avec toute la solemnite et cérémonie qui se peult observer, et le reste de l'escolle pour grande quelle soit n'estoit suffisant pour contenir les autres auditeurs qui vindrent ouyr tant escolliers que bourgeois de ladite ville de toutes qualités et estatz. Les dites lecons

faictes cognoissant que en nostre corps de ville nous ne sommes du tout competents pour pouvoir faire asseuré jugement sur ceste affaire pour ne faire profession ordinaire de l'estude, affin de vous donner plus certain avis nous avons mis toute peine d'entendre le jugement particullier que en pouvoient faire chascun des auditeurs qui l'avoient ouy, principallement Messieurs de la Justice et de l'Université qui plus s'y congnoissent. Entre tous lesquelz le dit sieur Hottoman est tenu pour jeune homme fort modeste et de bonne esperance. Neantmoins aucuns disent qu'il est encore peu exercité et a peu de hardiesse pour enseigner publiquement. Les autres excusent cesdits deffaults sur son jeune age et que en continuant il se formera ou enhardira incontinent. Autres ont trouvé maulvais que en toutes ses trois leçons, il a tousiours continuellement leu ce qu'il a prononce qu'il avait par escript devant luy. Autres passent plus oultre disantz qu'ils ne tiennent en ses lecons plus d'erudition que en icelles des aultres qui estoient desia avec nous et pendant parmi toutes ces diversites d'advis nous ayantz este appellés au logis de Monsieur le Lieutenant Général il a esté arreste soubz vostre bon plaisir luy faire continuer ses lectures, ce quartier d'année et pour iceluy lui accorder la somme de cinquante escus, en attendant que vous le pourrez ouyr et en faire vous mesmes le jugement ou bien que avec le temps estant plus certainement informe de ses capacites vous ordonnerez s'il sera bon pour bien de l'Université et prouffit des escolles le retenir plus long temps et a quelles conditions, en quoy nous nous confions que procederez selon vostre accoustumee discretion et prudence. On a parlé à Monsieur de Coullon l'un des docteurs des droits pour prendre ledit sieur Hottoman en son logis durant ledit quartier, ce que nous estimons qu'il fera et qu'il y sera assez commodément. Il a continué ses lecons le lundy 6 de ce moys a dix heures du matin. S'il estoit trouve bon d'appeller encores quelques autres professeurs en nostre Université, il seroit tres requis que ce fussent personnages bien cogneus estre d'insigne erudition et consommes en la science en laquelle ils entendent faire profession, la renommée desquels peust attirer lès auditeurs et exciter les particulliers a bien faire a lad. Université...

Monsieur le lieutenant général vous escript ce qu'il a continué, puis vostre partement, pour asseurer les dons faictz par les particulliers et les difficultés qu'il y trouve qui fera que finissant la presente, apres vous avoir tres humblement baise les mains, nous prions Dieu qu'il vous doint,

Monseigneur, parfaite santé, très longue et très heureuse vie.

En l'hotel commun de la ville de Caen, le VIIIe jour de X[bre] 1583.

Vos très affectionnés et obéissants serviteurs les conseillers gouverneurs eschevins de la ville de Caen.

IX

Responsio Gemelli Lisaurei ad scabinos

Arch. comm., c. 24, f° 207.

Messieurs, je suis parti de Rouen en espoir d'estendre mon voiage jusqu'à Caen pour conférer encore avec vous de ce qui reste à ordonner en l'Université, dont l'incommodité du temps, briefveté des jours et les affaires survenues m'empeschent. Je ne laisseray de vous ramentevoir qu'aiant esté de votre part et de la nostre cherché personnage de renom pour faire le premier lieu de professeur aux escholles de droit civil, il ne s'en est trouvé qu'un ou deux en ce royaulme à la rémunération desquels vos moiens n'ont semblé suffisantz par quoy avez esté contrainctz apres deliberation d'accepter Monsr Daniel Hotman, personnage aussi bien à vous incongneu que les autres et neantmoins d'aussy grande esperance qu'aultre de son aage par l'opinion et approbacion de plusieurs doctes personnages (mesmes du lieu et ordre que nous tenons) sur l'eschantillon de ses escriptz qui me faict vous admonester de n'en perdre sur une premiere apprehension ne la fleur ne le fruict. Le salaire dont avez convenu n'est point si grand qu'il vous puisse empescher d'en avoir un aultre..... Nous sommes advertis qu'il ne tient encore lieu que de lecteur sans participer aux émoluments ordinaires de la faculté et sans avoir encore receu salaire de votre part. Vous congnoissez qu'il est estranger et venu a votre requeste ; faictes luy s'il vous plaist aussi congnoistre que ce n'est à ses despens et au surplus le retenir encore quelque temps tandis que vous deliberererez d'ou mieulx vous pourra venir. Quant a la reformation par nous encommencee, nous en avons laissé quelque partie de nous approuvée par devers Monsieur le Lieutenant General, speciallement touchant les colleges et faculté des artz, ce qu'a mon advis a esté notiffié au recteur, doïens, principaulx et regentz, et par eulx aux escholiers. Ce qui nous a retenus de faire publier le tout est la diversité des advis et suspicion d'aulcunes practiques secrettes pour le regard des dits professeurs des droictz. A quoy par advanture sera besoing que la court de Parlement met(e) la dernière main. Ce qui ne se peut faire sans nouvelle charge, despense dont n'avez besoing et l'empescheray tant qu'il me sera possible. Vous debvez aussy de votre part y avoir l'œil et sur ce prendre et suivre le bon advis de Messieurs les officiers du Roy ausquels la congnoissance ordinaire en apartient. Il reste de vous faire entendre que pour le faict des dons particuliers faictz à ladite Université, la charte de ce qui est passé en est dressée, non toutesfois encore au net, pour ce que de jour à aultre la devotion des

gentz de bien se peut declarer et au contraire nous sommes advertis qu'il y en a d'aultres qui se veulent refroidir. Mais sy voulez arrester les choses en l'estat que Messieurs le Lieutenant General, Procureur du Roy et moy les avons reduictes, nous ferons delivrer tout ce que nous avons sur ce faict par ledit Parlement au premier personnage asseuré venant à ceste fin de votre part ou desdits sieurs Lieutenant General et procureur du Roy. Je n'ay peu, pour supplement de ma presence, faire ceste ci plus briefve. Excusez donc ma prolixité.

Messieurs, après avoir salué vos bonnes graces, je prieray Dieu vous maintenir en sa saincte garde. De Lysores sur Honnefleu, ce penultième decembre 1583.

Votre obéissant serviteur,

Le Jumel de Lisores.

X

Doctoris receptio in Universitatis Cadomensis facultate medicinæ

(Ms Cahagnesii. Collect. Mancel, Ms 54, f° 5.)

« *Oratio quam habui in Universitate Cadomensi die martis decima octava januarii anni 1583 qua doctoratus ornamentis M. Stephanum Onfroy cadomensem insignivi.* »

Hujus contemplationis et ingenuæ actionis uberrimo fructu jamdudum incitatus M. Stephanus Onfroy cum sciret sine literarum adjumento neque contemplationi locum esse neque liberallem ullam actionem convenienter exerceri posse, ipsa literarum studia avide fuit persequutus, in quibus cum se jam maxime profecisse sentiret, doctoris artium titulum consequutus pubis erudiendæ in hac academia provinciam subiit, non eo tamen animo ut in humanioribus disciplinis diu consenesceret, sed ut his adjutricibus ad sublimioris alterius artis fastigium tandem ascenderet. Unde factum est ut eodem tempore aliud sibi vitæ et artis genus elegerit, et contemplatione naturæ delectatus, medicinæ sese addixerit, ad eam artem eligendam partim illius amplitudine, partim naturæ quadam inclinatione forte etiam patris sui imitatione impulsus. Nos etiam ei ad ingrediendam hujus studii rationem authores extitimus et elementis methodice traditis non mediocre ad artis consequutionem adjumentum et attulimus. In hac arte cum jam per quadriennium in hac academia elaborasset, primo ingenii sui specimine publicis disputationibus, lectionibus et privatis examinibus exhibito, baccalaureatus gradu donatus est. Postea vero majore discendi desyderio inflammatus, in parisiensem academiam se contulit; in quatriennium immoratus tantos in utraque medicinæ parte contemplativa et activa progressus fecit ut reverso noster ordo licentiatum suæ eruditioni

jure debitum contulerit. Eundem proceres academiæ nostræ ad dictaturam evexerunt, quo honore fungens, amplissimos in supremo senatu rotthomagensi præsides, Petrum Gemellum et Franciscum Auzere, qui (qua sunt in literas animi propensione) huc sese pro dotanda hac academia et assignandis stipendiis publicis professoribus contulerant, nomine totius academiæ honorifice salutavit. A quo tempore omnem suam operam studiumque non solum in rerum naturalium contemplatione ; sed et in actione id. medendi ratione collocavit, ut esset honori parentibus, a quibus genitus ; utilitati patriæ in qua natus, et ornamento academiæ in qua primum fuerat educatus et institutus. Quid ergo inveni tam bene de literis et hac academia promerito, quid in quam largiemur? Præmium sane amplissimum, amplissimum dico ex omnibus virtutis præmiis, quovis ut cum Horatio loquar :

Ære perennius
Regalique situ pyramidum altius
Quod non imber edax, non aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.

(F° 73.) Accede ergo et hunc suggestum ascende honorariam mercedem tuis laboribus dignam recepturus.

Suggestus. Primum consideres velim sedem hanc ut reliquis est elatior, ita eos qui in ea sedent debere esse cæteris et virtute et eruditione sublimiores, ita ut non suggestus doctorem sed doctor suggestum honestet.

Liber. Quemadmodum arma militi necessaria sunt, ita doctori liber. Tibi itaque librum hunc in manus trado, non ut nimio literarum studio ab actione tui muneris avoceris, sed teipsum (uti philosophum decet et medicum) nunc in actione nunc in lectione alternatim exerceas.

Annulus. Romani quondam duces suos qui triumphatis hostibus maximo sibi beneficio rempublicam devinxerant, in conspectu totius populi annulis aureis honorabant, ad quorum imitationem tibi qui de barbarie literarum hoste triumphasti, deque academia nostra reque literaria optime meritus es, hunc annulum aureum in præsentia hujus celeberrimi cœtus offero, eoque digitum tuum induo.

Chirotecæ. Ut ingrata est et odiosa nimis inhumana corporis et agrestis negligentia, sic amabilis et grata est mundities, quæ tamen non sit minis affectata. Hoc ergo chirotecarum par accipies ut manibus modeste ornatis cultus totius corporis respondeat, id. ut a toto corpore absit sordities, adsit honesta mundities.

Pileus. Quamdiu quis servitio addictus est, alterius manui id. potestati subditus est. Ob id antiqui servos manumittebant, cum

libertate donabant, cujus insigne pileus erat. Tibi igitur, qui in præceptorum potestate huc usque fuisti, in perpetuæ libertatis inditium, pileum conferimus, et per illius in tuum caput impositionem, te liberum et ab omni servitutis onere immunem pronuntiavimus et authoritate nobis in hac parte concessa, tibi potestatem facimus libere suggestum ascendendi, prætegendi, disputandi, medicinam faciendi, omnesque denique actus tam theoriæ quam praxeos exercendi hic et ubique terrarum[1].

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti.
Die martis 18 januar.
1583

1. **Notandum est togam** et humerale tunc non imposita fuisse Stephano Onfroy ut aliis doctoribus, quorum receptionem Cahagnesius narrat in manuscripto suo. Sed « purpurea vestis », ut dicebatur de medicorum toga, Onfroy jam data erat, quia Cahagnesius, in sua oratione, Stephanum jam, doctoris artium titulum consecutum esse inquit.

De doctoris receptione et farsa Molieri dicta ceremonia, cf. M. Raynaud[1] *Les Médecins au temps de Molière.* (Paris, in-12, 1863, p. 55.) In Germain, *La Faculté de droit de Montpellier*, p. 27, legenda est « arenga » quam fecit dominus de Stagno, quando Berengarius de Landora fuit licentiatus Monspeliensi:

Capiat licentiam ergo doctorandi
Nam habet scientiam ceteros docendi
Ac legendi coram omnibus, atque repetendi
Et cum vult, det operam festum faciendi,.....

quæ cancellarii benedictioni conferenda est.

Vidi ac perlegi
Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,
a. d. V. Kal. Dec. ann. MDCCCC.
Facultatis Litterarum in Universitate Pariensi Decanus,
A. CROISET.

Typis mandetur.
Academiæ Parisiensis Rector,
GRÉARD.

ERRATA ADDENDAQUE.

Page 24, ante § Sicut jurium, deest V.
» 25, » § In decreto tamen, VI.
» 26, — § VI lege VII.
» 34, ante § Hoc tamen ævo deest II.

BIBLIOGRAPHIÆ ADDERE POSSIM: Ch. Fierville, Contribution à l'histoire de l'Université de Caen, *Etude sur la vie et les mœurs de Guillaume de la Mare, 133e recteur de l'Université de Caen, 24 mars 1506 — 1er 8bre 1506.* (Mémoires de l'Académie des sciences, arts et belles-lettres de Caen. 1892.)

Sed Guillelmus de Mara. qui profecto persona fuit aulæ Caroli Octavi, ac secretarius quorumdam aulicorum Roberti Brissoneti, Remensis archiepiscopi Franciæ cancellarii, Guidonis de Rupeforte, Franciæ cancellarii, Guillelmi Brissoneti, cardinalis archiepiscopique Remensis, paulum Cadomi vixit: studia ibi inivit XV sæculo sub 1460 anno, quæ ceterum Parisiis finivit. Cadomi solum regressus est vitæ suæ sub fine, 1503 vel 1504 anno, gradus collegii jurium quæsivit, ac in 1506 rector fuit; sed statim vicarius generalis diœcesis Constanciensis factus est, nec Cadomi mansit; in hanc urbem sub 1514 anno regressus, eodem anno sine dubio eam reliquit nec iterum revertit. Ita paucos annos, et ante tempora quibus studuimus (a 1521 ad 1586) Cadomi manserat. Cadomensem vero Universitatem lustrat, quia scriptor inclytus fuit, linguæ latinæ humanarum rerum latinarum vel græcarum expers, in operibus dictis: *De tribus fugiendis*, *Tripertitus in Chimæram conflictus*, ac in *Sylvarum* libris quatuor; quæ opera ceterum, uno forsan excepto, non Cadomi impressa sunt, rarissima sunt neque ibi inveniuntur. Inter personas amicosque quibus litteras satis numerosiores misit, notemus P. Faustum Andrelinum Foroliviensem, Ægidium Divitensem, Parisiensis Universitatis professores, et Jacobum Fabrum de Staplis qui, cum Guillelmo Brissoneto fuit unus vel potius primus e reformatis gallicis. Sed observemus inter illos quibus scribebat nullum Cadomensem civem aut professorem inventum esse, oportet.

INDEX RERUM.

Paginæ

PRÆFATIO. VII

FONTES. XI

PROŒMIUM. — Certat Universitas pro privilegiis tuendis ab anno 1452 ad 1519. 1

CAPUT PRIMUM. — De 1521 anni reformatione. 15

— SECUNDUM. — Universitas et Renovatio 28

— TERTIUM. — Universitas et Reformatio (1544-1579) . . 46

— QUARTUM. — Reformationis Universitatis prolegomena; Cadomus cum Rothomago certat 71

— QUINTUM. — Reformatio 1586 anno a curia Parlamenti facta. 84

CONCLUSIO. 99

EXCURSUS. 101

APPENDICES: DOCUMENTA INEDITA.

I. Carolus Octavus ab Universitate receptus. 103

II. Regentes qui juramenta præstiterunt in 1533 104

III. In Universitate hæresis. 105

IV. Petitio civis cujusdam ut bidellus Universitatis recipiatur. . 107

V. Fœdus Universitatis burgensiumque de officiis octavo aprilis mensis die 1540-(1541 n. s.) 107

VI. Deliberatio Urbis consilii de Universitatis resurrectione . . 108

VII. Rothomagi et Cadomi certatio. Litteræ ad poetam Portesium a scabinis Cadomi missæ. 108

VIII. Receptio Hotmani ut professoris. 110

IX. Responsio Gemelli Lisaurei ad scabinos 112

X. Doctoris receptio in Universitatis Cadomensis facultate medicinæ 113

Cadomi. — Litteris Caroli VALIN Typographi.



TOVJOVRS AVANT